



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De munificentia Constantini Magni in Ecclesiam Roma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

- bus gaudens, rationem pro semetipso, & p
- ceptis & decipiendis ab eo, reddet magn
- Deo & Saluatori nostro Iesu Christo in die
- dicij.

DE MVNIFICEN TIA CONSTANTINI MAGNI *in Ecclesiam Rom.*

IMP. CONSTANTINI EDICTVM
de donatione in Rom. Ecclesiam.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis
Patris scilicet & Filij et Spiritus sancti. Im
Cæs. Fl. Constantinus in Christo Iesu, vno
eadem Trinitate sancta saluatore Dño nostro
fidelis, mäsuetus, beneficus, Alemanicus, Go
thicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus
Hunicus, Pius, Felix, Victor, ac triumphator
semper Augustus, sanctissimo ac beatissimo
patri patrum Syluestro, Urbis Romanæ Ep
scopo & Papæ, atque omnibus eius Succes
sionibus, qui in sede beati Petri, vsque in fine
seculi sessuri sunt Pontificibus, nec non et om
nibus reuerendissimis & Deo amabilibus Ca
tholicis Episcopis, eidem sacrosanctæ Rom
næ Ecclesiæ per hanc nostram imperialem co
stitutionem subiectis in vniuerso orbe terr
rum, nunc & in posterum cunctis retrò ter
poribus constitutis, gratia, pax, charitas, gau
dium, longanimitas, misericordia à Deo pa
tre omnipotente, & Iesu Christo filio eius
Spiri

Galat. 5.
1. Tim. 1.

Spiritu sancto, cum omnibus vobis. Et quę saluator noster, Dominus Iesus Christus, altissimi Patris filius, per suos sanctos Apostolos Petrum & Paulum, interueniente Patre nostro Syluestro, summo Pontifice, & vniuersali Papa, mirabiliter dignatus est operari, liquida enarratione per huius nostrę imperialis institutionis paginam, ad cognitionem omnium populorum in vniuerso orbe terrarum studuit propalare nostrā mā suetissima serenitas. Primum quidem nostram fidem, quam à prælibato beatissimo Patre & Oratore nostro Syluestro, vniuersali Pontifice docti sumus, intima cordis confessione ad instruendas omnium vestrum mentes proferentes, & ira demum Dei misericordiam super nos diffusam annunciantes, nosse vos volumus, sicut per anteriorem nostram sacram pragmaticā iusionem significauimus, nos à culturis idolorum, simulachris mutis & surdis, manufactis, diabolicis compositionibus, atq; ab omnibus Sathanę pompis recessisse & ad integrā Christianorum fidem, quę est vera lux, & vita perpetua, peruenisse, credentes iuxta id, quod nos idem almificus et summus Pater et doctor noster Syluester Pōtifex instruxit, in Deum patrē omnipotentem factorem cęli & terrę, visibilem oīm, & inuisibilem, & in Iesum Christum filium eius vniogenitum, Dominum nostrum, per quem creata sunt omnia. Et in Spiritū sanctum Dñm et viuificantem vniuersę creature.

Hos,

Constantinā
conuersio.

Constantinā
confessio.

Hos, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum
 confitemur ita, vt in Trinitate perfecta, & p
 nitudo sit diuinitatis & vnitas potestatis. Pa
 ter Deus, Filius Deus, et Spiritus sanctus Deus
 & tres vnum sunt in Iesu Christo. Tres itaq
 formæ, sed vna potestas. Nam sapiens res
 semper Deus edidit ex se, per quod semper
 rant gignenda secula, verbum. Et quando
 dem solo suæ sapientiæ verbo vniuersam
 nihilo formauit creaturam, cum eo erat, cu
 cta suo arcano cõponens mysterio. Igitur pe
 factis cœlorum virtutibus, & vniuersis ter
 materiis, pio sapientiæ suæ nutu ad imaginem
 & similitudinem suam, primum delimitat
 fingens hominem, hûc in paradiso posuit
 luptatis. Quem antiquus serpens & hostis
 uidens diabolus, per amarissimum ligni
 riti gustum, exulem ab eisdem fecit gaudere
 eoq; expulso non desinit sua venenosa ma
 modis protelare iacula, vt à via veritatis
 manum abstrahens genus, idolorum cultum
 videlicet creaturæ, & non creatori deservit
 suadeat, quatenusq; per hoc eos, quos suis
 luerit irretire insidiis, secum æterno effici
 cõcremandos supplicio. Sed Deus nollet
 fertus plasmatis sui, dirigens sanctos suos
 phetas, per hos lumen futuræ vitæ, aduentum
 videlicet filij sui, Domini Dei et saluatoris
 stri Iesu Christi, annuncians, misit eum
 vnigenitum filium suum et sapientiæ verbum
 Qui descendens de cœlis propter nostram
 luer

Genes. 1.

Genes. 2.

Genes. 3.

Creatio pri
 mi hominis.

Diabolus vt
 humanū ge
 nus pestifera
 ret idolola
 triæ figmento
 seduxit.

litem, natus de Spiritu sancto ex Maria virgine, verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Nō amisit quod fuerat: sed cœpit esse quod non erat. Deum perfectum & hominem perfectum, vt Deus mirabilia perficiens, & vt homo humanas pāsiones, ita verbum hominē, & verbum Deum prædicāte patre nostro Syluestro, summo Pontifice, intelligimus, vt verum Deum, verum hominē fuisse, nullo modo ambigamus. Electisq; duodēcim Apostolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudinē corruscauit. Cōfitemur eundem Dominum Iesum Christum adimplesse legem & Prophetas, passum crucifixum iecūdum scripturas, tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos atq; sedentem ad dexteram patris, inde venturum iudicāte viuos & mortuos, cuius imperij nō erit finis. Hac est enim nostra Catholica orthodoxa confessio, à beatissimo patre nostro Syluestro, summo Pontifice nobis prolata. Exhortamur idcirco omnem populum, & diuersas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere & prædicare, & in sancte Trinitatis nomine baptismi gratiam consequi, & Dominum nostrum Iesum Christum saluātorem nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto per infinita secula viuit & regnat, quem Syluester beatissimus pater noster vniuersalis prædicat Pontifex, corde deuoto adorare. Ipse enim Dominus noster misertus mihi peccatori, misit sanctos suos Apostolos.

Apostolorum
electio.

K ad visi-

Constantinus
leprosus.

Sacerdotum
Iouis consilium
aduersus le-
pram.

Constantini
visio in som-
nis.

De baptismo,
lepra, & ist-
hac visione
Constantini
scribit Ni-
ceph. lib. 7.
cap. 33. Eccl.
hist.

ad visitandum nos, & lumen sui splendoris in-
fulsit nobis, vt abstractum à tenebris, ad veram
lucem, & agnitionem veritatis me venisse gra-
tularemini. Nam dum valida squaloris lepra
totam mei corporis inuasisset carnem, & mul-
torum medicorum cōuenientium cura adhi-
beretur, nec vllius quidem cura promeruisse-
mus salutem, ad hoc venerunt sacerdotes Ca-
pitolij, dicētes mihi debere fieri fontem in ca-
pitolio, & compleri hunc innocētium sangui-
ne, & eo calente loto me, posse mundari. Et se-
cundum eorum dicta, aggregatis plurimis in-
nocentibus infantibus, dum vellent sacrileg
paganorum sacerdotes eos mactare, & ex eo-
rum sanguine fontem repleri, cernens serene-
tas nostra lachrymas matrum eorum: illico ex-
horui facinus: miseratusq; eas, proprios illis
restitui precepimus filios suos, datisq; vehicu-
lis & donis concessis gaudentes ad propria
relaxauimus. Eadem igitur transacta die, no-
cturno nobis facto silētio, dum somni tempore
aduenisset, adsunt Apostoli sanctus Petrus &
Paulus, dicentes mihi: Quoniam flagitiis pos-
suisti terminum, & effusionem sanguinis in-
nocentis horruisti, missi sumus, à Christo Do-
mino Deo nostro, dare tibi sanitatis recupe-
randæ consilium. Audi ergò monita nostra, &
fac quodcumq; indicamus tibi. Syluester Epis-
copus huius ciuitatis ad mōtem Soracte per-
secutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum
cum suis clericis latebram fouet. Hunc adhi-

cū adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostendet, in qua dū tertio te miserit, omnis te valetudo ista deseret leprę. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem tuo saluatori cōpensata, vt omnes iussu tuo per totum orbem restarentur Ecclesię. Te aut ipsū in hac parte purifica, vt relicta omni superstitione idolorū, Deum viuū & verum, qui solus est verus, adores et excolas, vt ad eius voluntatem attingas. Exurgens igitur à somno, protinus iuxta id quod à S. Apostolis admonitus sum, peregrinatus aduocatoque eodem præcipuo & magnifico patre, et illuminatore nostro Syluestro, vniuersali Papa, omnia à sanctis Apostolis mihi præcepta dixi verba, percontati que sumus ab eo, qui isti Dij essent, Petrus et Paulus. Ille verò nō eos deos verè dici, sed apostolos saluatoris nostri Dñi Dei Iesu Christi respondit. Et rursum interrogare cepimus eundem beatiss. Papam, vtrum istorū Apostolorum imagines expressas haberet, vt ex pictura disceremus hos esse, quos reuelatio docuerat. Tūc idem venerabilis Pater imagines eorundem Apostolorum per Diaconem suum exhiberi præcepit, quas dū adspicerem, & eorum quos in somno videram, figuratos in ipsis imaginibus cognouissem vultus, ingenti clamore coram omnibus satrapis meis confessus sum eos esse, quos in somno videram. Ad hæc beatissimus idem Syluester pater noster, vrbs Romę Episcopus, indixit nobis pœnitentię tempus intra palatium

tium nostrū Lateranense in vno cilicio: vt de omnibus quæ à nobis impiè peracta, atq; iniuste disposita fuerant, vigiliis, ieiuniis, atque lacrymis & orationibus apud Dominū Deum nostrum Iesum Christum saluatorem veniam impetraremus. Deindè per manus impositionem clericorum, vsq; ad ipsum præsulem veni. Ibi que renuncians sathanæ pompis & operibus eius, vel vniuersis idolis manufactis, credere me in Deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, visibilibus omnium & inuisibiliū, & in Iesum Christum, filium eius vnicum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, spontanea volūtate coram omni populo professus sum: Benedictoque fonte me illic hinc immersione vnda salutis purificauit. Postroque me in fontis gremio, manum de cœlo me contingentem propriis oculis vidi, de qua mundus exurgens, ab omni me lepræ squalore mundatum agnoscite: leuatoque me de venerabili fonte, induto veuistis candidis, septiformis gratiæ sancti Spiritus consignationem adhibuit beati Chriſmatis vntione, & vexillum sanctæ Crucis in mea fronte linuit, dicens: signet te Deus sigillo fidei suæ, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, in cōsignatione fidei. Cunctusq; clerus respondit: Amen. Et adiecit Præsul: pax tibi. Prima itaque die post perceptum sacri baptismatis mysterium & post curationem corporis mei à lepræ squalore

Constantini
Baptismus.

Chriſmatis
vntio.

lore, agnoui nō esse alium Deum, nisi Patrem & Filium & Spiritum sanctum, quem beatus Syluester Papa prædicat, Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate. Nam omnes Diuinitatis, quæ vsq; hætenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta, comprobantur. Etenim quantam potestatem idem Saluator noster suo Apostolo, beato Petro contulerit in cælo ac terra lucidissimè nobis idem venerabilis pater edixit, dùm fidelem eum in sua interrogatione inueniens, ait: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi nō præualebunt aduersus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magister et Dominus suo discipulo adiunxit, inquit: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Mirum est hoc valdè & gloriosum, in terra ligare & soluere, & in cælo ligatum & solutum esse. Et dùm hæc prædicante beato Syluestro, agnoscerem, & beneficiis ipsius beati Petri integerrimè sanitati me comperi restitutum, vtile iudici cauimus, vnà cū omnibus nostris satrapis, & vniuerso senatu, optimatibusque meis etiã, & cuncto populo Romanæ gloriæ imperij subiacti, vt licet in terris sanctus Petrus vicarius filij Dei esse videtur constitutus, etiam & Pontifices, qui Successores sunt ipsius principis Apostolorum, principatus potestatem, amplius quàm terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis nostroque imperio, obtineant, eligentes

Math. 16,

Hæc Græcè
& Latine habentur in Nomenclone
Photij Episcopi
Constantinopolitani.

K 3 — nobis,

Primat⁹ Ro.
Ecclesiae à Cō
stantino con-
cessus.

Sic Iustinia-
nus, Vt legum
originem an-
terior Roma
sortita est, in-
q̄, ita & sum-
mi pontifica-
tus apicem a-
pud eam esse,
nemo est q̄ du-
bitet. Auth. vt
eccl. Rom. cēt.
ann. gaud. p̄-
scrip. &c. in
prin. Vbi etiā
Romā patriā
legū & fontē
sacerdotij ap-
pellat.

nobis ipsum Principem Apostolorum, & eius
Successores, firmos apud Deum esse patronos.
Et sicut nostram terrenam imperialem potestatem,
sic eius sacrosanctam Romanam Ecclesiam
decreuimus veneranter honorari, & amplius
quàm nostrum imperium & terrenum
thronum, sedem sacratissimū beati Petri gloriose
exaltari, tribuentes ei potestatem & gloriae
dignitatem atq; vigorem & honorificentiam
imperialem, atq; decernētes sancimus, vt
principatum teneat tam super quator praecipuas
sedes, Antiochenam, Alexandrinā, Hierosolymitanam
& Constantinopolitanam, quamquam etiam super omnes in
vniuerso orbe terrarū Dei ecclesias. Et Pontifex qui pro
tempore ipsius sacrosanctae Romanae Ecclesiae
extiterit, celsio & princeps cunctis sacerdotibus
totius mundi existat, et eius iudicio, quae ad
cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem
procuranda fuerint, disponantur. Instum
quippè est, vt ibi lex sancta caput teneat
principatus, vbi sanctarum legum institutor,
saluator noster beatorum Petrum Apostolorum
obtinere praecipit cathedrā, vbi & crucis
patibulum sustinens, beatæ mortis sumpsit poculum,
suiq; magistri & domini imitator apparuit.
Et ibi gentes pro Christi nominis confessione
colla flectant, vbi eorum doctor beatus
Paulus Apostolus pro Christo, extenso collo,
martyrio coronatus est. Illic vsq; in fine quaerant
doctorem, vbi sanctum doctoris quiescit
corpus: & ibi proni ac humiliati caelestis regis
Dei

Dei saluatoris nostri Iesu Christi famulentur officio, vbi superbi terreni regis seruiebāt imperio. Interea nosse volumus omnē populum vniuersarum gētium ac nationum per totum orbem terrarum, cōstruxisse, nos intra palatiū nostrum Lateranense, eidem saluatori nostro, Dño Deo Iesu Christo & Ecclesiam à fundamentis cum baptisterio & duodecim, nos sciatīs de eius fundamentis, secundū numerum duodecim Apostolorū, cophinos terræ onustatos propriis asportasse humeris: quā sanctam Ecclesiam, caput & verticem omnium ecclesiarum in vniuerso orbe terrarū dici, coli, venerari ac prædicari sancimus: sicut per alia nostra imperialia decreta constituimus. Construximus quoq; Ecclesias beatorum Petri & Pauli, primorum Apostolorum, quos auro & argento locupletauimus, vbi & sacratissima eorum corpora cum magno honore recōdenter, thecas ipsorū ex electro (cui nulla fortitudo præualet elementorum) construximus, & crucem ex auro purissimo & gemmis preciosissimis, per singulas eorū thecas posuimus, & clauis aureis confiximus. Quibus Ecclesiis pro concinnatione luminariorum, possessionum prædia cōtulimus, & rebus diuersis ea ditauimus: & per nostrā imperialem iusionem sacram, tam in Oriente, quàm in Occidente, vel etiam Septentrionali & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis Insulis nostra largitate eis libertatem concessimus, ea prorsus ratione, vt

Constantin.
Ecclesiam in
Laterano palatio construxit.

Constantin.
Ecclesiam D.
Petro & Paulo construxit
Romæ in Vaticano.
Dist. 96. c. Cō
stantinus.

per manus beatissimi patris nostri Syluestri Pontificis, Successorumq; eius omnia disponatur. Gaudeat ergò vnà nobiscū omnis populus, & gentium nationes in vniuerso orbe terrarum, & exhortantes monemus oēs, Vt Deo nostro & saluatori Iesu Christo, immensas vnà nobiscum referāt gratias. Quoniam ipse Deus in cœlis desuper & in terra deorsum, nos per suos S. Apostolos visitans, sanctum baptismatis Sacramentum percipere & corporis sanitatem, dignos effecit, pro quo cōcedimus ipsi sanctis Apostolis, Dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per eos etiam beato Syluestro patri nostro, summo Pontifici, & vniuersalis vr̄bis Romæ Papæ, & omnibus eius Successoribus, Pontificibus, qui vsque in finem mundi in sede beati Petri erunt successuri: atque de præsentī cōtradimus palatium imperij nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur atque præcellit palatiis deindē Diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; phrygium, id est, mitram, nec non & super humerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare assolet collum. Verum etiam & chlamydem purpuream atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, sed & dignitatem imperialium præsidentium equitum, conferentes etiam & imperialia scepra, simulq; & cuncta signa, atque banta, vel banda etiam, & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis.

Quibus insignis donatus
Papa à Constantino.

potestatis nostræ. Viris autem reuerendissimi-
 mis Clericis in diuersis ordinibus eidem sa-
 crosanctæ Romanæ Ecclesiæ seruientibus, il-
 lud culmen singularitate, potentia & præcel-
 lentia habere sancimus, cuius amplissimus
 noster Senatus videtur gloria adornari, id est,
 patricos atque consules effici, nec non & cæ-
 teris dignitatibus imperialibus eos promulga-
 mus decorari. Et sicut imperialis militia or-
 natur, ita & clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ
 ornari decernimus. Et quemadmodum impe-
 rialis potentia officijs diuersis, cuniculariorum
 nempe & ostiariorum, atq; omnium excubi-
 torum ornatur, ita & sanctam Rom. Ecclesiã
 decorari volumus. Et vt amplissimè Pontifi-
 cale decus præfulgeat, decernimus, & hoc cle-
 ricorum eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ
 manipulis & linteaminibus, id est, candidissi-
 mo colore decorari equos & ita equitare, Et
 sicut noster senatus calceamentis vtitur cum
 ydonibus, id est, candido linteamine illustra-
 tis: sic vtantur & clerici, vt sic cœlestia, sicut
 terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omni-
 bus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissi-
 mo Patri nostro Syluestro, vrbis Romæ Epi-
 scopo & Papæ, & omnibus, qui post eũ in suc-
 cessum, & perpetuis temporibus aduenerint,
 beatissimis Pontificibus pro honore & gloria
 Christi Dei nostri, in eadem Dei magna Ca-
 tholica & Apostolica Ecclesia, ex nostro indi-
 cto, vt quem placatus proprio Consilio * cle-
 ricali voluerit, & in numero religiosorum cle-
 ricorum

K 5

* Clericare.

ricorum connumerare, nullum ex omnibus
 præfumentem superbè agere. Decreuimus ite
 que hoc, vt idem venerabilis pater noster Sy
 uefter, Summus Pont. & omnes eius success
 res Pontifices diademate, videlicet corom
 quam ex capite nostro illi concessimus, ex au
 ro purissimo, & gemmis preciosis vti debeant
 & in capite ad laudem Dei & pro honore be
 ti Petri, omnino ipsa ex auro non est passus
 corona, nos Phrygium quoque condidi nit
 ris, splendidam resurrectionem Dominice
 designans, eius sacratissimo vertici manibus
 nostris imposuimus, & tenentes frenum equi
 illius, pro reuerentia beati Petri, statoris ost
 cium illi exhibuimus, statuentes, eodem Phry
 gio omnes eius successores singulariter vti
 processionibus, ad imitationem imperij no
 stri. Vnde & Pontificalis apex non vilescat, sed
 amplius etiam quàm terreni imperij dignitas
 & gloriæ potentia decoretur, ecce tam Palati
 nostrum, vt prædictum est quamq; urbem Ro
 mam & omnes totius Italiæ & Occidentalium
 regionum prouincias, loca & ciuitates præfati
 to beatissimo Pontifici nostro Syluestro con
 cedimus atq; relinquimus, & successorum im
 perialis censura, per hanc clialem nostram
 pragmaticum cõstitutum, decernimus dispo
 nendum, atq; iuri sanctæ Ro. Ecclesiæ con
 dimus permanfurum. Vnde cõgruum pro
 ximus, nostrum imperium & regni potestatem
 in Orientalibus transferri ac transmutari re
 gionibus

gionibus, & in Byzantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatem adificari, & nostrum illic constitui imperium. Quoniam ubi principatus sacerdotum & Christianæ religionis caput ab imperatore cœlesti constitutum est, iustum non est, ut illic imperator terrenus habeat potestatem. Hæc verò omnia & per alia diuina decreta statuimus atque confirmauimus, vsque in finem mundi illibata & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram Deo uiuio, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur, per hoc nostrum imperiale constitutum, omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos optimates, satellites, etiam amplissimum Senatum, & uniuersum populum, in toto orbe terrarum nunc & in posterum cunctis retrò temporibus imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquo modo licere, hæc quæ à nobis imperiali sanctione sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ, vel eius omnibus pontificibus, concessa sunt, refragari aut infringere, vel in quoquam conuellere. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei Principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsentem & futuram vitam sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo & omnibus deficiat impijs. Huius verò imperialis decreti paginam proprijs manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis Apostolorum posui-

Causa cur
amplius Im-
perator non
debeat Romæ
habitare.

posuimus, ibi eidem Dei Apostolo sponde-
tes, nos cuncta inuiolabiliter cōseruare, & n-
stris successoribus imperatoribus conserua-
da in mandatis relinquere, ac beato patri n-
stro Syluestro, summo Pontifici & vniuersi
Papæ, eiusq; cunctis Successoribus Pontifi-
bus, Domino Deo & Saluatore nostro Ie-
Christo annuente, tradimus perenniter atq;
fœliciter possidenda. Diuinitas vos conser-
per multos ānos, sanctissimi ac beatissimi Pa-
trēs. Dat. Romæ III. Kal. April. D. N. Fl. Co-
stantino A. IIII. & Gallicano V. clariss. Col-

*DE STUDIO ET DILIGENTIA ROMAN. IMPERATORUM
circa incrementum & progressum
Relig. Catholicæ.*

Lib. 1. cap. 27
Ecclesiast.
hist.

Refert Nicephorus sapientissimum illum Philo-
sophum & Christi martyrem Iustinum in
moriæ mandasse, Hadrianum Imperatorē pro Chri-
stianis literas à Gramiam Serenio ad se scriptas acci-
pisse: periniquum esse, quòd illi vociferationi populi
donarentur, nulloq; iusto prætextu indicta causa
carentur. Quapropter rescriptum is ad Minianum
Fundanum Asiæ proconsulem miserit, neminem
cetero occidi iubens, nisi legitima iustaq; præcessisset
accusatio. Rescriptumq; id in librū suum de verbis
verbum retulit hæc præfatus. Possumus hoc à
ex rescripto maximi et illustrissimi Cesaris Hadri-
ani patris vestri, qui ita, vt per supplicem libellum
gaurimus, iudicia exerceri iussit, petere: idq; non tam
quod

quod ab Hadriano mandatū sit, quā quod iustam esse petitionem nostram sciamus. Exemplar autem eius Epistolæ sic habet.

HADRIANVS CAESAR

Minutio Fundano.

Literas à Serenio Grariano, viro clarissimo, cui tu in prouincia successisti, accepimus. Inquirenda nobis res prorsus esse videtur, ne homines innocentes opprimantur, neque calumniatoribus occasio grassandi præbeatur. Quod si prouinciales tui persecutiones aduersus Christianos suos, processu legitimo probabili probare possunt, vnam eam sequantur viam, neque solis petitionibus, atque vociferationibus vtantur. In primis enim conuenit, si qui ad accusandum accedere velint, te causam legitimè cognoscere. Itaque si quis eos detulerit, atque probauerit cōtra leges quid quam commisisse, tu pro delicti qualitate ita sententiam aduersus eos feres, vt me hercules, qui calumnie causa crimen cuiquā intendisse cōpertus fuerit, pro maleficij grauitate, in eum modis omnibus animaduertas.

Postquam verò Hadrianus vno et viginti annis imperio administrato, naturæ debitum pertulit, Antoninus Pius ei successit, ad quem, et ad Senatū Rom. Iustinus apologiam suam Christianos defendens cōscripsit. A quo ille, et simul ab alijs quā plurimis fratribus, qui à prouincialibus in Asia conuicijs et iniurijs grauibus contumeliosissime exagitantur, permotus, literas publicè ad Asia populos dedit, in hunc modum.

IMP.

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINI

A. Armenicus, Pont. Max. Trib. potest. 15. Col. 3.
Asiae populis, Salutem.M. Antonini
Epistola pro
Christianis.

Equidem scio, dijs quoq; ipsis curæ esse, tales homines lateant, multo enim magis illi vindicauerint eos, qui sacrificare illis nolint, quàm vos qui contra eos tumultum mouetis: opinionem quoq; eorum, quam de vobis conceperunt, vt atheos vos, nullorumque profus Deorum criminentur, confirmant. Quibus præstabilius etiam videtur, diuini culari, arguique videntur, pro Deo suo potius, quàm in vita manere. Proindeque vitæ res euadunt, animas ipsi suas potius proiectas, quàm vt à vobis persuasi, quod vos vultis faciant. De terræ motibus autem, qui vel fieri, vel adhuc fiunt, nō importunum fuerit, vt qui ea de causa animos despondistis ad mortem, vt scilicet res vestras cum rebus illorum conferatis, atq; illi qui liberioribus maioribusque erga Deum sunt animis: Vos autem toto hoc tempore quo causas eorum ignorare videmini, Deos & res alias negligitis, & Christianos cultu immortalis Dei, quem illi venerantur, arcetis, & ad mortem vsq; persequimini. Ceterum de ijs antea quoq; multi prouinciarum Rectores Patri nostro scripserunt. Quibus illi rescripsit, nihil molestiæ facessendum esse illis, præterquam, si quid contra imperium Romanum moliti esse deprehenderentur. Quin ad me multi de eis literas dederunt: quibus illi Patris mei, quem mihi imitandum esse dixi, sententiam

Antoninus factetur Christianos colere immortalem Deum.

sententia rescipfi. Si verò quispiam perseue-
rauerit, cuiquam Christianorum, quod talis
fit, negocium exhibere, delatus quidem cri-
mine absoluetur, quamuis talis esse comper-
tus sit: delator autem ipse pœnas dabit.

IMP. CAES. C. VALERIVS † MAXIMI- † Rufius ha-
nus, Germanicus, Sarmatic. P.F. inuictus A. bet Galerius.

Omibus nos modis continuè prouincia-
lium nostrorum commoditati prouidere,
eaq; eis præstare velle, quæ omnium maximè
fructuosa sint, & quæ ad vsum vtilitatemque
omnium communem faciant, rei que publicæ
conueniant, atq; animis omnium chara gra-
taq; accidunt, neminem ignorare: sed vnum
quemq; hominum ad rem ipsam, recurrentem
nosse, persuasum que habere credimus. Quan-
doquidem autè manifestum antea vobis est,
propterea quòd à diuis parètib; nostris Dio-
cletiano ex Maximino præceptum fuerat, cõ-
uentus Christianorum tollendos esse, permul-
tos à beneficialibus excussos spoliatosque esse
bonis, id quod in futurum quoque sic contra
subditos nostros, quorum nos, quod ita facul-
tates eorum & possessiones deriperentur, cu-
ram maximè gerere decuit, procedere debue-
rat: datis proximo anno ad cuiusq; prouinciae
præfectos literis constituimus, si quis consue-
tadini tali aut obseruationi cultus eiuscemodi
adharere vellet, vt is nullo interposito impe-
dimento propositum suum teneret, neque à
quopiam, quo minus facile absq; timore ei su-
persti-

Maximini se-
rum hoc pro
Christianis
Edictum fuit.

perfitione omni, quod cuique placuisset fa-
ret, prohiberetur. Caterum ne nunc quidem
latere vos potest, iudices quosdam iusionem
nostras non recte accepisse: quapropter factum
ut de eis homines nostri dissentire ceperunt
lentiusque ad religiones eas, quas ipsi proba-
sent, accesserint. Sed enim, ut deinceps omni-
metus suspicio & dubitatio præcidatur, con-
stitutionem præsentem proponere volumus
ut omnibus sit notum ac manifestum, qui
que sectam religionemque istam complecti vo-
lunt, licere id eis, ut ad numinis cultum huius
quem sibi moribus sequendum sumpserunt
se cõferant, ex liberalitate & gratia legis huius
facere. Quin & *κνριακῆ* atque templa sua
extruere conceditur. Ut autem maior sit libe-
ralitas hæc nostra, illud quoque sancienti duximus.
Se duximus. Si quæ sunt domus & prædia,
antea iuris Christianorum fuerint, & parentum
nostrorum iusionibus in ius fisci cesserint, aut
à ciuitate aliqua teneantur, siuè venditio
donatio aliqua intercesserint, ut ea omnia
antiquum Christianorum ius reuertantur,
in eo quoque pietatis & prouidentia nostra
percipiant fructum.

Sequentem Constitutionem Constantinus Magnus, Opt. Princeps, una cum Licinio, antequam in rabiem actus fuerat, pro rebus Christianorum conscripsit atque publicauit.

EDICTVM CONSTANTINI ET LICINII
Imp. pro Christianis.

Probabile est
& contenta-
neum ex hac
denomina-
tione Græca
Germanos
Ecclesias suas
Kyrichen ap-
pellasse.

Cum quidem re probè deliberata, libertatem religionis nō denegandam, sed vniuscuiusq; arbitrio & voluntati, vt pro suo quisq; iudicio sacra coleret, permittendam esse existimarem: Christianos quoque professionis suæ sectam cultumq; diuinum seruare iussimus. Quandoquidem autē multa, ac diuersæ opiniones in eo ipso rescripto, in quo eis talis est permilla potestas, verbis disertis additæ esse videbantur, factum fortasse est, vt quidā paulò post ab huiuscemodi obseruatione religionis complectenda resilirent. Cum igitur ego Constantinus, & ego Licinius, Augusti ambo, sceliciter Mediolanum venissemus, atque ibi in Concilio, quæ ad vsum & vtilitatem reipublicæ præcipuè pertinerent, inquireremus: inter alia plura, quæ commoda esse omnibus, seu prima potius visa sunt constituenda atq; ordinanda esse duximus, ea videlicet, quibus honor & cultus diuini nominis continetur: hoc est, vt etiam Christianis liberum prorsus concedamus arbitrium, religionem quam velint confectandi. Vt quicquid tandem est diuini & cœlestis numinis, id nobis, & qui sub potestate & ditione nostra degunt, omnibus propitium benignumq; esse posset. Itaq; sententiam hanc nostram sana atq; recta deliberatione in edictum retulimus, vt nemini prorsus potestas præcideretur quouis tempore Christianorum obseruationem & religionem complectendi, & quem animo suo commodum con-

L. gruentemq;

gruentemq; crederet esse cultum, sequendi, ut
diuinum numen in rebus omnibus propere
sum atq; benignum nobis esset. Æquum sane
est, ut hoc sic nobis placere, rescripto isto no-
stro nunc significemus: ut optionibus omni-
no sublatis, quæ in prioribus ad deuotionem
tuam datis literis nostris, de Christianis con-
nebantur, si quæ sunt insuper sinistra profana
& à clementia aliena, ea inducantur. Proinde
quilibet liberè & apertè, qui Christianas cere-
monias obseruandas sibi esse duxerit, eas sine
perturbatione & periculo omni tutò obse-
uet. Quod ita solertia tuæ plenissimè indica-
tum voluimus, ut scias nos liberà absolutam
que potestatem Christianis religionis suæ co-
lenda decreuisse. Et cum deuotio tua animam
uertat, tam absolutam ipsis esse datam facul-
tatem, alijs quoque ad sacra ea & ceremonias
transire volentibus, id facere sciat esse permis-
sum. Id quod tranquillitati temporum nostro-
rum conuenire manifestum est, ut potestatem
vnicuique sit, pro eo atque velit, diuinum co-
lendi numen. Factum id à nobis, ne cui diuini
honoris, aut cultui quicquam per nos dimi-
nutum esse videatur. Itaque & hoc in personam
Christianorum decernentes, statuimus, velle
ca eorum, in quibus antea conuenire solita
fuerant (de quibus prioribus etiam literis no-
stris, alio tempore ad deuotionem tuam datis
formam & modum alium constitueramus) si
ea aliqui vel à fisco nostro, vel à quopiam alio
empione

emptione interueniente comparauerint, ipsis Christianis absque pecunia & absq; repetitione vlla precij dati, citra omnem cunctationem & deliberationem restituant. Quòd si qui talia loca dono à quopià acceperint, aut etiam ex liberalitate & munificentia nostra cōsecuti fuerint, ij ad præfectum cuiusque loci iudicis locum obtinentem adeant, vt ipsorum per benignitatem nostram ratio habeatur. Atque ea loca omnia, nulla interposita mora corpori Christianorum omnino reddi curabis. Et quoniam Christianos ipsos non solùm ea in quibus conuentus agere soliti sunt, sed & alia loca habuisse constat, non priuatim ad quenquã illorum, sed ad ius corporis ipsorum, hoc est, Christianorum pertinentia, ea quoq; omnia quam diximus lege citra ambiguitatem omnem Christianis ipsis, hoc est, corpori ipsorũ, & cuilibet eorum conuentui restituenda iubebis, eo, quem diximus, seruato modo, vt videlicet, qui ea absq; restitutione precij, sicut dictum est, reddiderint, indemnitati eorum à benignitate nostra prouideantur. Quibus in rebus omnium Christianorum, quod diximus, corpori operam studiumq; tuum, quoad poteris, præstare debebis, vt iussa nostra primo quoque tempore impleantur: & vt per bonitatem liberalitatemque nostram, communi, & publicæ quieti consulatur. Ita enim futurum est, quemadmodum prædiximus, vt diuina erga nos gratia & benignitas, quam multis iam

in rebus sumus experti, perpetua nobis firma
que maneat. Caterum ut eiuscemodi liberali-
tatis & constitutionis nostrae sententia ad no-
ticiam omnium perferri queat, consequens est
ut literis tuis praefixis decretum hoc nostrum
passim in locis omnibus proponas, & in noti-
ciam omnium deducas, ne quaequam mun-
dificentiae nostrae lex latere possit.

*Porro eam quae sequitur constitutionem iisdem Im-
peratores promulgarunt, in solam Catholicam Eccle-
siam, liberalitatem talem collatam esse significantes.*

**DE BONIS ECCLESIAE CATHOLICAE CHRISTIANORUM, RE-
STITUENDIS, AD ANYLINUM PROCONSULIS
AFRICAE.**

Salve Anyline, plurimum nobis honoranda
Liberalitatis benignitatisque nostrae modus
hic est, ut quae alieni iuris sunt, non solum non
violenter inuolari, verum etiam restitui vel-
mus: Anyline reuerendissime. Quapropter
praecipimus, quam primum literae hae nostrae
ad te perlatae fuerint, ut quaecumque bona ad Ec-
clesiam Catholicam Christianorum, vel in re-
bus, vel in locis alijs pertinentia, siue a civi-
bus, seu a quopiam alio occupata detineantur,
confestim Ecclesijs ipsis restituantur. Pro-
fus enim constitutum nobis est, ut quas antea
Ecclesiae habuerunt possessiones, in ius earum
redeant. Cum itaque deuotio tua mandati huius
ius nostri iusionem clariorem perspiciat, ope-
ram dare debes, siue horti, siue aedes, seu quidlibet

Bona Ecclesie
Catholicae
ablata, resti-
tuenda.

libet aliud ad ius Ecclesiarum pertinuit, vt hæc omnia eis, quàm primùm reddantur, vt videlicet te iusionibus hifce nostris cum cura & fide paruisse intelligamus. Vale Anyline, nobis admodum honorande.

IIDEM IMPP. AD EVNDEM ANYLINVM,
vt Ecclesiarum ministros & Præsides à ciuilibus muneribus liberos & immunes esse curet.

Salve Anyline reuerendissime. Posteaquam rebus multis constat, neglectam contemptamq; religionem, per quam summa sanctissimi coelestis numinis obseruàtia & reuerentia conseruatur, ingentia rebus publicis intulisse pericula, eandemq; ipsam legitimè atq; sanctè receptà & cultam, maximà Romano nomini foelicitatem, plurimaq; omnibus hominibus beneficia, diuina benignitate suppeditante, conciliasse: placitum nobis est, viros eos, qui debita sanctitate, & præcipua talium sacrorū cura ministerijs suis per egregium sacre religionis cultum funguntur, laborum suorum digna referre præmia. Quam ob causam, qui intra prouinciã tibi creditam in Ecclesia Catholica sunt, cui Cæcilianus præest, functionēque & operam suam sanctissimę religioni præstant, quos clericos nominare solent, eos ab omnibus prorsus muneribus immunes conseruari volumus, vt ne errore aliquo, aut lapsu sacrilego, à cultu, qui summo numini debetur, abstrahantur, sed potius citra omnem perturbationē religioni sacrisq; suis inseruiant. Qui

Religionē neglectā & contemptā reip. grauiss. intulisse pericula.

Cæcilianus hic Episcopus fuit Carthagenensis tempore Constantini, de quo Niceph. lib. 7. cap. 43.

L 3 sanè

sanè si cultum suum, qui longè maximus est Deo ritè exhibeant, plurimum rebus publicè videntur asserre commodi & emolumentum. Vale &c.

Edidit præterea Constantinus quoque constitutionem, in qua Ecclesijs pecunias donat, ad Cecilianum Episcopum Carthaginensem ita scribens.

CONSTANTINVS A. CECILIANO
Episcopo Carthaginis.

Quandoquidem visum nobis est per provincias omnes Africa, Numidia, Mauritania certis quibusdam ministris legitimæ & sacrosanctæ Catholicæ religionis, quid ad sumptus tolerandos largiri, literas vestrum Catholicum Africa dedi, eique signati, ut ter mille pholles dinumerandos curaret. Quapropter ubi quam diximus pecunia summam recipendam mandaueris, omnibus eis, qui in breui ad te ab Hosio missi signati sunt, distribui eam iubero. Ac si quidem deesse quicquam compereris ei summæ, quæ minus liberalitas, quam erga omnes eos præstandam statuimus, impleatur, ab Heraclio possessionum nostrarum curatore, nulla inueniente dubitatione, quod opus esse videretur petere debebis. Etenim, cum mecum esses, iunxi, si quid pecuniæ ab eo exigeres, ut id abs ambiguitate omni tibi expensum ferret. Quoniam audiui quosdam non satis compertæ aut sanæ mentis homines populum sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ praua quadam subad-

Quid sit pholles vide Alciat. lib. de prætorib. & honor. prætur. cap. 12.
Constantinus pecuniam decreuit Ecclesiæ.

subadulterina fraude peruertere velle: scito me Anylino Proconsuli atq; etiam Patricio, Vicario Præfectorū, cum vterq; præsens adesset, eiusmodi mandata dedisse, vt inter alia omnia ad hanc quoq; rem, quam par est maximè, conferant curâ: neq; si tale quicquam accidar, negligendum sibi putent. Itaq; si aliquos eiusmodi homines in ea ipsa vesania perseverare videris, sine omni procrastinatione ad eos, qui dicti sunt iudices accedes, & rem ipsam eis propones, vt illos quemadmodum præsentibus eis præcepi, castigent & coërceant. Diuinitas magni Dei te in multos conferuet annos.

VICTOR CONSTANTINVS MAX.

Aug. Prouincialibus Palestina.

ERat quidem & olim superioribus temporibus apud rectè ac moderatè de Deo, tantum potentiore sentientes manifestū discrimen, omnem procul dubitationē excludens, quam videlicet exacta circa religiosissimam Christianismi culturam, obseruantia ab illis qui eam impugnarunt, & contempserunt discerpet: iam verò magis etiam perspicuis factis, & illustrioribus virtutibus demonstratum est, quanta sit, cum dubitationis absurditas, tum magni Dei potentia: quando ijs qui sanctissimam legem venerantur, nec quicquam præceptorum audent dissoluere, copiosa bona & præstans quoddam robur conantibus ipsorum etiam bona cum spe respondens, alijs verò impiam sententiam complexis, à voluntate il-

Edict. Constantini pro Christianis. Vide Euseb. eccl. hist. lib. 2.

te illorum abluentia, & præter expectationem
 contingentia vsu veniunt. Etenim si quis bono
 quopiam potitus fuerit, Deum bonorum au-
 torem nec cognoscens, nec conuenienter co-
 lere volens, fidem ei, quod dicitur, etiam operi
 tribuunt. Itaq; si tempora quisquam in deo
 initio huc vsq; pertingentia mente secum per-
 currerit, & priora facta cogitatione expendere
 rit, cunctos eos qui iustum & bonum rerum
 suarum fundamentum locarunt, ad bonum
 peruenisse conatum suorum finem, & quod
 de iucunda quadam radice, suauem etiam re-
 portasse fructum: rursus eos qui temeraria
 cinora aggressi sunt, nec iustum aliquem
 æquum sensum erga genus humanum in deo
 runt, sed exilia, ignominias, bonorum publi-
 cationes, cædes & huiusmodi alia multa
 neq; pœnitentiam egerunt vnquam, neq; me-
 te ad honestiora conuersi sunt, parem reme-
 rationem recepisse deprehendet. Et hæc
 inconuenienter, nec præter rationem eueniunt.
 ¶ Quotquot enim animo bono ad res qua-
 dam gerendas accedunt, & timorem Dei
 mi in mente continuè, firma erga eum
 seruata, retinent, nec præsentis vitæ terrores
 pericula tanti faciunt, vt futuras illis spes
 ponant, etiam si tempore tristitiam tentent
 propterea quod potiores sibi repositos esse ho-
 nores credunt, nec quæ ipsis aduersa conti-
 gunt, molestè ferunt, sed tanto consequuntur
 illustriores glorias, quanto grauioribus etiam
 malis

malis tentantur. Quotquot verò id quod iustum est ignominiose contempserunt, nec Deum agnouerunt, & præterea eos qui iustitiam fideliter incubuerunt, contumeliis ac suppliciis nefandis subiicere non dubitarunt, & seipfos non iudicarunt infelices propter eos quos talibus de causis punierunt, illos verò felices & beatos, qui cum tantis etiam afflictionibus pietatem erga Deum retinuerunt, horum multi ceciderunt exercitus, multi in fugam conuersi sunt, & cuncta illorū belli acies extremè deuicta est. Et hi grauium bellorum autores fuerunt, ex illis exitiales depopulationes prouenerunt, ex illis est rerum ad humanum usum necessariarum diminutio, & impendentium malorum multitudo: et hinc est, quòd tantæ impietatis autores vel omnimodum postremò exitium passi, infelices facti sunt, vel viperinam vitam quam egerunt, ipsa morte grauiorem cognouerunt, atq; ita æqualia & iniquitatibus suis competentia supplicia reportarunt. Tantum enim calamitatis quisq; inuenit, quantum ad expugnandum, sicuti putabat, diuinam legem per demeritiam impulsus est, ita ut illis nō solum quæ per hanc vitam concernunt graua sint, sed & timorem expectent, multò quàm sint terrena tormenta seuiorem. Cùm itaque talis tamque grauis impietas res humanas occuparet, ac res publica quasi pestifero quodā morbo penitus periclitaretur, salubriq; ac multa cura

opus haberet : vide quodnam leuamen De
 quamque liberationem à malis excogitam
 Illud autem omninò diuinum iudicandum
 est, quod solum & verè est, & in vniuersis
 sufficientem habet temporis potentiam. Om-
 ninò verò arrogans fuerit, eum qui diuinam
 beneficentiã confitetur, iactanter loqui. Ne
 ministerium meum voluntati suæ accommo-
 dum requisit & elegit, qui inde à mari B
 tannico & illis orbis partibus orsus, vbi solè
 occidere necessitate quadam cõstitutum
 potentiore quadam virtute cuncta illa ma-
 qua orbem premebant, repulit ac disiecit
 simul & genus humanum ad sanctissimam
 gis culturam, meo institutum ministerio
 uocaretur, & beatissima fides sub potiore
 ctore cresceret. Haud enim ingratus esse
 lim, vt debitam gratiam, optimum scilicet
 nisterium negligam, hoc mihi donum
 cessum credens, per quod etiam ad Orientem
 usque regiones progressus sum. Quòd autem
 grauioribus calamitatibus detinebatur, ma-
 iorem etiam curam à nobis efflagitauit. Ceterum
 autem credidi prorsus & totam animam
 quicquid Spiro, & omninò si quid intimum
 in mète versatur, maxime à nobis deberi Deo
 Noui quidem exactè, non egere eos humanam
 beneuolentia, qui spem caelestem rectè sectan-
 tur. Et qui hanc eximiam in diuinis locis
 curatè fundarunt, tanto maioribus sunt ho-
 noribus potiti, quanto illos à terrenis defectibus

Constantini
 feruor erga
 Deum & re-
 ligionem.

bus & malis securos separarunt. Necessitates
 tamen; quæ illis successu temporis illatæ sunt,
 & afflictiones quas incompetentes nullis de
 causis, nulli culpæ obnoxij pertulerunt, iam
 nobis conuenire puto, vt procul arceamus.
 Alioqui absurdissimum fuerit, si cum iis qui
 viros istos propter cultum Dei persequi vo-
 luerunt, tolerantia & fortitudo illorum inno-
 tuerit, gloria eorum à seruo Dei in maiorem
 splendorem & felicitatē non exaltetur. Quot-
 quot itaq; propterea quod honorem cœlesti
 numini debitum, ac fidem non neglexerunt,
 cui seipos totis animabus consecrarunt, sæ-
 vis iudicum sententiis subiecti, patriam exilio
 commutarunt, quibuscunq; singuli tempori-
 bus id perpessi sint, vel si qui curialium catha-
 logo adnumerati sunt, priorem illorum nu-
 merum non adimplentes, hi patrijs locis ac
 consueta quieti restituti, omnium liberato-
 ri DEO gratiarum actiones persoluant, aut
 si qui bonis suis spoliati, & vniuersæ faculta-
 tis iactura suppressi, mœstissimam hætenus
 vitam egerunt, antiquis suis & isti sedibus co-
 gnationibusque & facultatibus redditi, diuina
 beneficetia cum gaudio fruantur, quin etiam
 quotquot in insulis præter animi sententiam
 detinentur, hac prouidentia nostra frui præ-
 cipimus, vt qui hætenus difficilibus motium
 locis ac circumfluo inclusi mari fuerunt, ina-
 mæna & inani solitudine liberati, iucundissi-
 mis sese locis restituentes, voti sui, sicuti desi-
 derant,

Christianos
 vndecunq;e
 profigatos
 restitui iubet.

derant, compotes euadant, & qui pauper
 lam vitam multo tempore in sordibus au
 sandis egerunt, hi cupidè ac raptim ad
 reuersi, & curis in posterum liberi absq; ma
 viuunt apud nos, qui nos Dei & gloriam
 credimus esse seruos, quibus non debeat
 surdum quid ne ad aures quidem venire,
 dum credi, quum & aliena delicta corrigi
 soleamus. Quotquot igitur ita condemnati
 sunt, vt in laboriosis metallorum officinis
 borent, vel operibus pub. seruiant, continen
 labores dulci otio, facilioriq; eorum qui libe
 rè viuunt vita, commutantes, immoderatas
 borum molestias in placidam quietem ter
 nent. Et si qui à publica parrhesia exciderunt
 et in ignominia infelicitè viuunt, competer
 ti cum latitia, tanquam diuturna quadam
 regrinatione liberati, ad patriam quisq; suam
 properent. Quinetiam si qui olim militari
 bus dignitatibus probati, illis propter atrocem
 & iniustam causam exciderunt, eò quòd
 uinæ cognationis confessionem dignitati
 habebant, prætulerunt, horum liberum sit
 bitrio, vel si militiam affectant in gradu
 fuerunt, manere, vel cum honorifica dimissio
 ne in libertate agere. Decet enim & conuen
 niens est, vt qui tantam magnanimitatem
 conuenientiam aduersus obiecta pericula
 stendit, & otio, si volet, & honore pro ipsius
 arbitrio fruatur. Ad hæc quotquot nobilitatis
 prerogatiua violenter priuati, talem aliquam
 pacis

paſto iudicum ſuſtinuerunt ſententiam, vt vel
ingynacia, vel texendi officinas iniecti, iniu-
cundum ac miſerum ferant laborem, vel ſerui
penuarij æſtimentur, nec quicquam illis prior
generis nobilitas cõferat, hi cum horum, qui-
bus antea potiti fuerant, tum libertatis bonis
gaudentes, & ad conſuetas dignitates reuo-
cati, cum omni deinceps animi alacritate vi-
tam ducant. Et qui libertate in ſeruitutem cõ-
mutata, inſandæ & inhumanae ciuis arrogan-
tiæ, ſepenumero inſueta etiam miniſteria obi-
re ſe deplorat, vtpotè quod ſubito ſe è libero
ſeruum factum eſſe videat, priſtina ſecundum
præſens hoc noſtrum edictum libertate rece-
pta, genitoribus ſuis ſeſe reſtituat, eoſq; labo-
res obeat, qui liberum hominem decent, &
quibus antea non ſuis miniſteriis moleſtatus
fuit, ex animo ſuo proiciat. Adiiciendæ au-
tem ſunt facultates, non quibus variis ſint, &
aliis de cauſis priuati, ſed ſiue quidem optimo
ac diuino martyrij certamine tolerato, imper-
territa & virili mente bonorum priuationem
ſuſtinuerunt, & in confeſſione perdurantes,
æternam ſibi ipsis ſpem compararunt: ſiue ali-
quo demigrare coacti, & quoniam perſecuto-
ribus non ceſſerunt, vt fidem proderent, facul-
tatibus ſuis priuati ſunt & ipſi: vel ſi quidam
morti adiudicati ſpoliationem bonorum ſuo-
rum miſerè ſuſtinuerunt, horum facultates co-
gnatis reſtituendas eſſe præcipimus. Eſt au-
tem omninò cognitu facile, quibus viciniore-
bus

bus inter cognatos hereditates competant cum de his ipsa leges constituent, & ration congruum sit eos ad successionem venire, quod et familiares fuerunt, & ad hoc ultra summo morituris destinati. Si vero nemo ex vicinis superstes fuerit, ita ut nemo ad sit praedictorum, siue martyrum, siue confessorum, siue eorum qui ob talem causam ad exilium translati sunt, haeres cuiusque loci Ecclesia perpetuo deputata sit ad huiusmodi successionem hereditate. Nec erit id villo pacto graue motus, si eam sortiantur haerem, cuius grauis omnis generis pertulere labores. Necessarium fuerit et hoc adicere, quod si praedictorum qui de facultatibus non nihil, quibus voluerunt, largiti fuerint, rationi congruum est propria illis maneat possessio. Ne vero enim aliquis in hoc appareat edicto, sed in promptu sit cuius, quod aequum est cognoscendum est omnibus, siue agrum, siue domum, siue hortum, siue aliud quid praedictorum possederint, bonum ipsis, & utile fore, id confiteantur, & illis quam utilissimè restituant. Quapropter etiam si videatur quidam illorum ex iniusta possessione multum tunc emolumentum, huius repetitionem nos non dicamus esse iustam, ita tamen, ut si quantitas & vnde collegerint agnoscentes peccato ignosci à nobis petant: ut simul & praeteritauaritia huiusmodi emendatione destruantur, & maximus hoc Deus poenitentiae loco admittens

Ecclesia olim
haeres eorum
qui successio-
ne deficiente
obierant.

mittens, placatus erga eos, qui deliquerunt, reddatur. Etenim dicent forte nonnulli apologia vice sese excusantes, qui talium sunt facultatum possessores, si tamen dignum est, fieri potest, ut tales appellentur, quod impossibile fuerit ea tunc temporis abstinere, cum multifariam esse omnium malorum spectaculum, quo tempore crebrae erant, perditaeque ac temere proiectae publicationes eorum qui rei non erant, deinde & irremissa persecutiones ac facultatum distractiones. Si vero talia verba nonnulli obfirmaverint, & indefinenter admonitiones expectauerint, sentient id ipsis non fore impune. Praesertim cum nostri conatus tantopere ad seruiendum Deo dirigantur. Periculofum itaque sit ea nunc retinere, quae antea perniciofa necessitas accipere coegit. Alioquin necesse est quouis modo insatiabilem hanc auaritiam cum rationibus, tum exemplis superare. Neque enim ararium ipsum, si quid praedictorum tenuerit, firmum retinere concedetur, sed tanquam quod nihil ausit sanctis contradicere Ecclesiis, quae pro tempore non iuste possedit, ea iuste Ecclesiis cedere patietur. Quae cumque Ecclesiis recte competere videbuntur, siue domus sint, quae possidentur, siue agri, siue horti, siue alia qualicumque, nullo eorum quae ciuitatem hanc concernunt iure diminuto, sed cunctis integre permanentibus, restitui precipimus. Quin & ipsa loca quae martyrum sunt corporibus honorata, & monumenta gloriosi secessus

secessus existunt, quisnam Ecclesiis competere dubitauit? imò non præcipiet etiam, quòdo nec melius sit donum, neq; gratiosior labor, plusq; vtilitatis habens, quàm diuine dirigente spiritu de his rebus esse sollicitum. quæ malis sunt prætextibus à flagitiosissimis viris ablata, sanctis Ecclesiis restituere ac vindicare? Quoniam verò ad perfectam prudentiam pertinet, neque illos silentio transire qui iusta quid emptione ab ætario comparauerunt, vel ex dono gratis concessio, obtinuerunt, atque ad huiusmodi bona inexplebilem concupiscentiam extenderunt, sciant quod tales sunt, quod tamen per istam emendationem ad daciã, alienam à se ipsis nostram sunt benignitatem reddere conati, illius tamen potestati, ac decenti modo compotes fieri poterunt. Quoniam igitur euidentissimis demonstrationibus omnipotentis Dei virtus inuenitur, admonitionibusq; simul & auxiliis, quod propter me crebro conferre dignatus est, quibus molestiam illam, quæ antea vniuersas humanas obtinebat, ex vniuerso orbe, qui in celo est, expelli contigit, singuliq; iam et vniuersi simul diligenti cura considerat, quæ nunc sit illa potestas, quæ semen illud, vt ita dicam, flagitiosissimorum hominum amolita est, destruxit, bonorum verò lætitiã reuocata, ad quasuis regiones abundè prorogauit, et rursus diuinam illam legem cum omni reuerentia competenter coli, illisq; qui seipso

hoc consecrarunt, vt hanc conuenienter colant plenam potestatem largita est, qui perinde atque è densa quadam caligine suspiciunt, perspicuam literarum scientiam nacti, conuenientem posthac cultum piùm què & consentientem honorem circa eandem ostendent.

VICTOR CONSTANTIN. MAX. AVG.

Prouincialibus omnibus per Orientem.

Quæcumq; firmissimis naturæ legibus continentur sufficientem cunctis iuxta diuinam dispositionem prouidentia & contemplationis sensum exhibent. Neque reliqua est aliqua dubitatio his, quibus secundum rectam scientiæ viam, ad scopum illum mens dirigitur, ita vt sanæ rationis, & ipsius visus exacta comprehensio vnico veræ virtutis momento ad scientiam Dei subuehatur. Quapropter nemo sensatus vir perturbabitur, si multos contraria proposita sectari viderit. Fugit enim insipientes quæ sit virtutis gratia, nisi è contrario peruersæ vecordia vitam malitia produxerit. Quæ virtutis quidè corona proposita est, iudicio verò summus Deus præsidet. Ego autem quàm maximè pspicue fieri poterit de spe quæ in me est, vobis omnibus testificari, et confiteri conabor. Ego quidem Imperatores eos, qui antè hæc fuerunt, propter morum ferocitatem exortes imperij ducebam, at solus pater meus, ea quæ mansuetudinis erant, Deum Patre admiranda pietate in cunctis suis actionibus inuocans, exercebat. Reliqua verò cuncti mentibus

Pater Constantini Deum Patrem inuocans.

M tibus

tibus non sanis præditi, ferocitatem magis quam mansuetudinem complectebantur. Et lamq; abundè suis quisq; temporibus fontes, veritatis doctrinã subuertebant. Vsq; ad autem malitiã ipsis vehementia accensa, ut cum omnia tam diuina, quam humana tranquillã essent, intestina sint ab illis excitata. Apollinem eò temporis ex antro quo dicitur ac tenebricoso secessu, non ex homine respicisse ferebant, impediri se per eos qui iusti essent in terra, quo minus vera proferreret, atq; eam causam fieri, vt falsa ex tripodis aderet diuinationes. Et hoc vates, cum deiectos cœnes erexisset, diuinatione impulsã mortalibus causam, esse malorum conquerebatur. Sed videamus, quẽ ista cõsecuta sint finem. Te numquam altissimum Deum inuoco, cum adhuc potessem admodũ, audiui quomodo, qui id temporis primas apud Romanos imperatores habebat, infelix, reuera infelix, errore seductus a satellitibus suis, qui nõ iusti illi in terra essent, curiose quæsierit, & aliquis ex sacerdotibus qui circa ipsum erant respondens. Christianos esse dixerit: ille verò responso hoc, quasi melius quodam vorato, gladios contra scelera inuentos, cõtra irreprehensibilem sanctimoniam atque pietatem produxerit. Confestim igitur homicidias cruentorum, vt ita dicam, mucronibus iudicibusq; præcepit, vt si quam naturalẽ haberent industriam, ad grauiorem eam suppliciorum adinventionem extenderent. Licebat

Oraculum Apollinis persecutioni Christianorũ causam dat.

Exclamatio Cõstantini in crudelitatem superiorum Imperatorum contra Christianos.

um, licebat, inquam, cum quanta licentia honestas illa pietatis per assiduam crudelitatis haud vulgaris quotidie contumelias sustinuerit, ac temperantia, inquam nemo hostium unquam iniurius fuit, furentibus civibus, debachationis occasio fuerit. Qualis ignis? quales torturae? qualis tormentorum species, non cuilibet corpori, & aetati indiscriminim adhibebatur? Tum terra dubio procul collachrymabat, et mundus omnia continens cruore inspersus, ac tinctus plorabat, ac dies ipsa stupore quodam ad luctum adacta cooperiebatur. Sed quid haec sunt? Gloriantur nunc super illis Barbari, qui tum fugientes a nobis receperunt, & benigna humanaque captiuitate conseruarunt. Non enim salutem modo sed & religionem illorum securam reddiderunt. Et iam Romana gens notam hanc & maculam continue retinet, quam illi temporis illius Christiani Romano orbe pulsati & ad Barbaros profugi incusserunt. Quid autem necesse est de threnis illis ac communi orbis luctu plura commemorare? Mortui sunt postea & illi, qui scelerum istorum autores fuerunt, & ad continuum supplicium Acherontis barathro turpissimo sine traditi sunt. Intestinis quippe bellis impliciti, neque nomen neque genus suum superstes reliquerunt, quod sane ipsis non contigisset, nisi impia illa Pythiorum oraculorum diuinatio adulterinas vires habuisset. Te nunc maximum Deum oro. sic

Barbari Christianos fugientes receperunt.

M 2 Orien.

Inuocatio
Constantiui
pro subditis.

Constantinus
in Crucis li-
gno hostes
iudit.

Orientalibus tuis clemens ac placidus, & cunctis
provincialibus tuis temporaria calamitate pressis, per me seruum tuum curam ac me-
delam adhibeas. Et hæc non temerè peto.
Domine sancte omnium Deus. Tuis enim miraculis persuasus res salutares institui ac perfec-
feci, signique tui obiectu, instructissimum præparavi exercitum. Et si qua reipublicæ exegit
necessitas, ipse virtutis tuæ symbola securus aduersus hostes egressus sum. Ob eam causam
animam meam tibi obtuli, amore ac timore purè mandatam. Etenim nomen tuum
sincerè diligo, potètiàm verò reuereor, quam multis iudiciis ostendisti, ac fidem meam
miorem reddidisti. Satago igitur, & humeros meos ipse submitto, vt sanctissimam ob-
mum tuam renouem, quam scelesti illi & impiissimi importuna destrudione vastarunt.
Populum tuum pacificatum, & in tranquillitate firmum reddi cupio, idque ad communi-
nem orbis, cunctorumque mortalium utilitatem. Pacem cum fidelibus, ij qui erant, pacem
ac quietis fruitionem gaudentes accipiunt. Ipsa siquidem communicationis ac societatis
restitutio ad rectam etiam veritatis viam ducere potest. Nemo cuiquam molestus
quisque quod animo destinat, hoc etiam faciat. Debent autem rectè sapientes persuasum esse
se, eos solos sanctè ac purè victuros, quos ipse ad hoc vocas, vt in sanctis tuis legibus recreentur.
Si verò seipsi volentes abstrahunt, falsè doctrinam

doctrinæ delubris adhærentes, habemus nos illustrissimam veritatis tuæ domum, quandoquidem secundum naturam dedisti. Optamus etiam hoc illis, ut communi videlicet cōsensu animi delectationem et ipsi reportent. Etenim religio nostra nec noua, nec recentior est, sed inde ab eo tempore, quo omnium constitutionem solidatam esse credimus, hanc cum cultu te decente mandasti. Falsum est autem humanum genus, & variis imposturis seductum. Tu verò per filium tuum, ne malum nimium excreceret, pura luce accensa, quosuis ut ad te veniant admonuisti. Facta tua ista comprobant. Potentia tua insontes nos ac fideles reddit. Sol & luna legitimo cursu feruntur. Nec astra inordinatum habent mūdani circuli ambitum. Temporū vices legitime reuoluuntur. Firma telluris constitutio verbo tuo consistit, et spiritus tempore superinducto motum facit. Decurrens autem aquarum fluxus inexplebilis fluctus mensura prolabitur. Mare firmis cohibetur finibus. Et quod vna tellure, & Oceano extenditur, hoc totum admirandis quibusdam & vtilibus emolumentis fabricatur, quod nisi ad tuæ voluntatis arbitrium factum esset, dubio procul tanta differentia, tamq̃; multa potestatis discretio cunctæ mortalium vitæ rebusque vastationem induxisset. Siquidem inter sese pugnantes aliquantò grauius genus humanum impugnassent, id quod inuisibiles etiam faciunt. Plurima sit ti-

Gratiarum a-
tio ad Deū.

De pace con-
seruanda.

bi gratia Domine maxime DEVS omnium
Quantum enim variis beneficiis humanitas
tua innotescit, tantum iis qui recte sapiunt
sinceræque virtuti sedulo student, diuini ve-
bi disciplina commendatur. Verum qui
quis curam illius auertit, aliis hoc non impo-
ter. Etenim medendi ars medicamentis præ-
fidens, omnibus est manifestè propo-
sita, modo ne quis hoc labefacter, quod purum est
debere res ipsæ admonet. Utamur igitur me-
tales vniuersi præstiti boni consortio, hoc est
patis bono, conscientiam videlicet ab omni
contrario separantes. Verum nemo per ha-
aliū la-dat, quod sibi ipsi comprobatum est
persuadet. Quod alius, cognouit, & intel-
xit, per id si fieri queat, proximo proficit, si ve-
nequeat, desinat. Aliud enim est immortalitatis
certamen prompto animo exercere, & aliud
cū supplicio cogi. Hæc autem, hæc, in-
quæ, fufius disserui, quam mediocritatis me-
scopus exigebat, quoniam veritatis fidem ab-
scondi nolo, præsertim ob id, quod quidam
vt audio, templorum consuetudines ac pos-
sitem tenebrarum amputari quaruntur, quæ
quidem omnibus consulerem mortalibus, nisi
si violenta flagitiosi erroris rebellio quorun-
dam animis nimium esset ad cōmunem sub-
uersionem ac perditionem infixæ.

IDEM CONSTANTIN. A. POPULO
Antiocheno pro Eusebio Cæsarien. Episc.

Quam

Quam erat accepta vestra consensus mundi prudentia ac sapientia? Et ego vos fratres immortalis amicitia diligere noui, pro uocatus ad hoc & lege & uitae conuersatione ac studiis uestris. Hoc igitur uere est recte, quae honesta sunt lucrifacere, ac recta sanaque mente uti, etenim quid uobis aliud ita competere potuit? Haud itaque admirarer, si ueritatem salutis magis uobis quam odij culpam esse dicerem, & inter fratres eos, quibus unus & idem affectus rectae ac iustae uiae comitatum ad Deum annunciat, ad castam & sanctam recenserem domum. Quid autem praeclearius esse poterit, quam consensum alere cum omnibus omnium nationum bonis? maxime cum doctrinae disciplina, & institutio propositum uestrum ad elegantiore[m] correctionem ducat, & nos discretionem uestram in bonis dogmatibus desideremus. Videtur autem uobis forsan admirandum, quid sibi orationis huius praemium uelit, haud detrectabo, nec recusabo causam illius edicere. Etenim fateor me legisse commentarios, in quibus splendidis encomiis ac testimoniis Eusebius Casariensis Episcopus celebratur, quem & ipse eruditionis & mansuetudinis gratia bene & ex multo iam tempore noui, quo uos illum impense nobis vindicare uidi. Quid igitur me exacte melioris inquisitioni incumbetem cogitasse, & quam curam ex uestris studiis concepissem putatis? O sancta fides, quae per uerbum

Commendatio Eusebii.

bum ac mentem seruatoris nostri quandam
 nobis velut imaginem vitam tradidisti, quam
 & ipsa peccantibus molestè repugnas, nisi ad
 vtilitatem seruire recuses. Et mihi quidem
 ipsius quoque victoriæ victor esse videtur, qui
 pacem cum primis acquirit, ita vt quantum
 quidem per decorum licet, nemo inueniatur,
 qui illa non delectetur. Obsecro igitur fratres,
 qua de causa ita inquirimus, vt per ea
 quæ aggredimur, aliis etiam contumeliam
 infligamus? Eadem de causa ista nobis conciliemus,
 quæ fidem nostram suspicione liberent. Ego virum
 quidem laudo, qui vobis etiam honore & amoris
 affectu dignus probatur, verum non ita infirmatum
 esse conuenit, quod vnicuique ratum & firmum manere
 debet, vt non sua sit quisque contentus sententia,
 nec cuncti his potiantur quæ ad se pertinent,
 & inimica disceptatione ad viri huius
 ius comparationem, non vnus modò sed plures
 pronuncient, propterea quòd nec stupore,
 nec perturbatione Ecclesiasticis honoribus
 quicquam obstrepente, pariter & per omnia
 æqualiter acceptos esse conuenit. Neque enim
 rationi consonum est, vt alio emolumento
 de hoc viro disceptetur, omnium mentibus
 æqualiter, siuè minoris, siuè maioris momenti
 videantur, diuina dogmata recipientibus
 & custodientibus, ita vt nullo alij detrimento
 in communi doctrina afficiantur. Si quid
 verè notum est manifeste pronunciamus, quod

quod non consecutionem, sed magis abre-
pionem quis viri huius futuram, & factum
hoc non iustitiæ, sed violentiæ opus esse meri-
tò dixerit, siuè ad hunc modum siuè aliter af-
fecta sit multitudo, ego quidem clarè & con-
fidenter pronunciarim causam hanc reprehē-
sibilis esse propositi, ac professam habere non
vulgaris seditionis perturbationem. Ostēdunt
& agni dentium naturam & vim, quando pa-
storis consuetudine & cura ad peiora dilaben-
te pristina conuersandi ratione desituuntur.
Primum hoc spectare fratres, an hæc ita ha-
beant, & non fallamur. Mox enim nobis ab
initio multa & magna succurrent. Primum
mutua Sinceritas, & animus amicè affectus, si
nihil hunc diminueret sentietur. Deindè quòd
qui recto consilio accedit, iustum honorem di-
uino iudicio reportat, haud vulgarem ex eo
consecutus gratiam, si tantum illi vos probita-
tis testimonium contuleritis. Præterea quòd
consuetudinis vestræ est, bono animo compe-
tentem diligentiam ad hoc impenditis, vt vi-
rum quem desideratis, omni seclusa seditione,
& inordinata vociferatione conquiratis. Est
enim talis Electio perpetuò iusta & ex diffe-
rentium collatione scintillæ & faces excitantur.
Sic igitur & Deo & vobis placere, & se-
cundum vestra ipsorum vota agere cupio, si-
cuti vos & mansuetudinis vestræ stationem
diligo, ex quo contaminato illo repulso bono
ingenio concordiam restituitis, ac firmū illius

M 5 signum

signum imponitis, ferreisq; ut ita dicam, g
 bernaculis cœlesti cursu ad lucem contem
 tis, vnde fit ut & incorruptum corruptum p
 tetis; quicquid enim nauim corrumpit, ve
 ex sentina consumitur. Quapropter iam p
 spicite vllum horum omnium ad hunc me
 comparatum, ne denuò inconsulto & in
 studio, vel prorsus obfirmare quicquam
 initio conducibile aggredi videamur. De
 vos custodiat, fratres dilecti.

IDEM IMP. AD SAPOREM
 Regem Persarum.

Diuinam fidē seruans veritatis luce d
 diuinam fidem cognosco. Per ea igit
 quibus illa res agendas confirmat sanct
 mam religionem cognitā reddo, & hunc
 cultum doctorem cognitionis sancti De
 bere confiteor. Huius Dei potentiam ar
 tricem nactus, inde à terminis oceani or
 tum consequenter orbem firmis ac Sal
 bus spebus erexi, cum antea, quacumq; ty
 nis seruibant quotidianis calamitatibus p
 fa essent & infirma. Hunc me Deum imm
 tali memoria colere, confiteor. Hunc syme
 ac pura mente supremam possidentem po
 statem vehementer suspicio. Hunc genu
 inuoco, cunctum execrabilem sanguine
 odores ingratos, & auersandos fugiens, & o
 nem terrenum splendorem declinans, quib
 omnibus scelestus & obscenus error consp
 catus multos gentiliū, ac totas gentes pro
 strauit.

stravit, & infimorum sortibus adiunxit. Quæ
 namq; Deus omnium humanæ providentiæ
 propter philanthropiam suam necessitatis gra-
 tia in lucem produxit, ea ad cuiusvis libidinē
 trahi haudquaquam patitur, sed purā dunta-
 xat mentem & animam immaculatā ab om-
 nibus exigit, & virtutis ac pietatis facta secun-
 dum hanc probat. Delectatur enim probitatis
 ac mansuetudinis operibus, mites diligens,
 odio habens turbulentos, fidem amans, incre-
 dulitatem puniens, cunctam arrogantem po-
 tentiam confringens, contumaciam superbo-
 rum vlciscitur, fastu elatos funditus subvertit,
 animo submisso præditis & patientibus, quæ
 condigna sunt impertit. Ita & regnum iu-
 stum plurimi faciens subsidijs suis commu-
 nit, ac prudentiam regiam pacis ac tranquilli-
 tatis studio custodit. Haud videor mihi er-
 rare, frater, quòd hunc vnum Deum omnium
 principem ac patrem confiteor, quem multi,
 qui hic regnarunt, vesanis erroribus subiecti
 negare conati sunt. Sed illos quidem omnes
 tantum postremò supplicium absumpsit, vt
 eorum post eos mortaliū genus calamitates
 eorum paradigmati loco illis qui post hos si-
 milia æmulantur obijciat. Horum vnum eo-
 rum fuisse iudico, quem ira Dei quasi fulmen
 hisce regnis pulsū, vestris partibus tradidit,
 qui turpitudinis hic apud nos ab ipsis perpe-
 trata diuulgatum reddidit trophæum. At bo-
 no hoc cecidit, eo quod talium supplicium in
 hac

Non sunt in
 abusum ver-
 tenda, quæ
 Deus neces-
 sitati homi-
 num produ-
 xit.
 Deus quos
 diligit.

hac nostri sæculi parte conspicuum exhibe
 Et ipse siquidem id in illis vidi, qui paulo an
 infandis mandatis populum Deo consec
 tum consecerant. Quapropter multa sit
 gratia quòd perfecta prouidentia cunctis
 salium genus diuinam legem colens, red
 pace exultat & tripudiat. Hinc & nobis
 persuasi sumus, quòd optimè & securis
 habeant omnia, quod per puram illorum
 probatam religionem concordiamq; circa
 uina, cunctos ad se ipsum aggregare digni
 Quomodò me letari putas quòd iustoru
 minum, Christianorum dico, catalogum
 tissimam etiã Perfidis partem plurimum
 ti cupio, exornasse audio? Cedat igitur id
 optimè, & illis similiter, & tibi, inquam.
 lis. Sic & omnium Dominum, patrem Deum
 propitium ac clementem habebis. Hos igitur
 tibi commendo, propterea quòd tantus
 hos ipsos quoniam pietate quoque insignis
 complectere, hos dilige, sicut tue conuenit
 lantropiæ. Et tibi enim ipsi & nobis immen
 sam per fidem exhibebis gratiam.

IMP. MAX. SEMPER AA. VICTOR
 Valentinian. & Gratian. Episcopis diocesis Asiaticæ
 Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ in
 Domino Salutem.

Ad Orientis
 quosdã Epi-
 scopos, qui de
 recta sententiã
 ambigebant

Cum tanta in Illyrico acta sit Synodus
 quæstio ingens de salutari verbo tra
 ter beatissimi Episcopi decreuerunt, Trinitate
 tem *ὁμοούσιον* consubstantialiam Patris & Filii
 lij

lij & Spiritus sancti. Quam qui colunt, nequaquam ministerium & functionem sibi creditam, ita ut par est, defugientes, religionem regis magni colunt: eamque depradicari nostra precipit sublimitas. Atque ita quidem, ne aliqui dicant religionem Imperatoris, qui eam regionem gubernat, elanguisse: non satis eum, qui de salute mandatum nobis dedit, audientes. Sicut enim Euangelium Dei nostri, quod quidem hanc rem decidens diiudicat, dicit, danda sunt quae Caesaris sunt, Caesari: Et quae Dei Deo. Quid vos vero dicitis Episcopi, & saluiferi verbi praefecti? An sic quoque vestra comparata sunt decreta? Itaque mutua charitate vos invicem complectentes, maiestate & auctoritate imperatoris abuti desinite: & persequi eos, qui accurate & diligenter Deo sacris operantur, & seruiunt, super sedete. Eorum sane precibus & bella in terris sopiuntur, & apostatarum rebelliumque angelorum incursum repelluntur. Idem orationibus suis perniciosos omnes daemones propellere student. Et cum in rempublicam secundum leges, quod debent conferunt, tum Principis potestati non resistunt: sed sincere & caelestis regis mandata seruiant & legibus nostris parent. Vos autem inobedientes apparuistis. Nos quidem vsi sumus tolerantia ab ipso $\alpha\lambda\phi\alpha$ vsq; ad ω vos autem vobis ipsis retribuistis. Itaque ut mundi & immunes a peccato vestro simus, quemadmodum Pilatus in disquisitione & iudicio verfantis inter

Episcopi ad-
monentur ad
concordiam.

Inhibetur ca-
tholici cleri
persecutio.
Cleri ortho-
doxi precum
efficacia.

Cleri catholi-
ci la-

tis inter nos Christi, cum necare eum nol-
 sed in afflictione solaretur, ad Orientis par-
 orbis conuersus, aqua flagitata manus su-
 abluir, dicens: mundus sum & impollutus
 sanguine iusti huius: sic & celsitudo nol-
 semper praecepit, non persequendos, neq; ta-
 quam fluctibus obruendos, neq; amulatio-
 & inuidia opprimendos, qui in Christi ag-
 opus faciunt, neq; aded reijciendos dispe-
 tores Regis magni esse, vt nè hodie quide-
 sub ditione nostra crescere videamini: at he-
 ui post, cum flagitatore, siue exhortatore
 cis, ea qua testamenti illius sunt, veluti in
 charia sanguine patiamini. Cum quo, &
 consensere à coelesti imperatore nostro
 Christo, ante aduentum etiam num eius, di-
 pti sunt ad iudicium mortis vna cum con-
 quente eos letali demoni traditi. Mandatum
 hoc edidimus Amagetio, & Ciceronio, & Da-
 maso & Dialampone & Brethesio audientibus
 Quin & acta ad vos misimus, vt praclare
 Synodi decrera noritis, quorum capica literae
 hisce adiuncta, haec complectuntur. Profes-
 mur iuxta sententiam magna & orthodoxa
 recteque sentientis Synodi $\delta\mu\omicron\delta\sigma\iota\omicron\upsilon$ consub-
 stantialem patri esse filiū. Et $\tau\omicron\ \delta\mu\omicron\delta\sigma\iota\omicron\upsilon$ con-
 substantiale non ita accipimus, sicuti & alii
 quidam non verè ei subscribentes expo-
 runt, & nunc alij patres illos vocantes ac
 sententiamq; verbi abolentes, literam qua
 quentes, intelligunt, per cōsubstantiale
 signa-

ha iquod
 ha res
 ma

Inde
 rati
 ob
 Cl
 hor
 am

Ep
 ationis $\delta\mu\omicron\delta\sigma\iota\omicron\upsilon$
 σιου, cōsub-
 stantialis.

significari, quatenus nulli reliquarum per eum
 factarum creaturarum filius æquiparandus,
 soli patri similis atq; equalis sit. Qui enim hoc
 ita exponunt, præcipuam creaturam esse im-
 piè filium Dei docent. Sed nos, sicuti & nunc
 Romanæ & Gallicæ Synodi, sentimus vnam
 & eandem esse substantiam Patris & Filij &
 Spiritus sancti, in tribus personis; hoc est, in
 tribus perfectis subsistentijs. Profitemur verò
 iuxta formulam Nicænam filium Dei consub-
 stantialem incarnatum esse ex sancta virgine
 Maria, & in hominibus habitasse & impleuis-
 se omnem pro nobis functionè in natiuitate,
 & passione, & resurrectione, & in cælos ascen-
 sione. Eumq; rediturum vt nobis retribuatur si-
 militudinem diuinam à se ipso, iuxta vitam
 cuiusq; in die iudicij, carne spectabilem & di-
 uinam virtutem suam exhibentè, Deum *σαρκω-
 τωσφορον*, id est, carnem seu hominem serentem,
 & non hominem *θεωσφορον*, hoc est, Deum
 serentem. Ac qui diuersa sentiunt, anathema-
 te iugulamur: nec minus & eos, qui non dire-
 ctè, & ex animo anathemati eum subiicere, qui
 dixit: Non prius filium quàm genitus sit, ex-
 titisse. Quiq; scripsit, priusquàm actu genitus
 sit, potestate eum in patre fuisse. Hoc namque
 & in creaturis omnibus est, quæ non semper
 cum Deo sunt. At filius perpetuò sempiterna
 generatione genitus cum Patre est.

IMPP.

IMPP. CAES. FLAVIUS VALENTINUS, Pont. incl. yrus, Germanicus incl. y. Alamanic. incl. y. matic. incl. Trib. pot. xxvij. & Flavius Martianus Pont. dyl. Germanic. incl. Sarmat. incl. Alam. incl. Franc. incl. trib. pot. xxvij. Imp. Cof. 1. De prohibitis disputationibus à Christianis ciuibus nostris Constantinopolitanis.

TAndem aliquando, quod summis votis que studijs optabamus, euenit. Remota de orthodoxa Christianorum lege contentandè remedia culpabilis erroris inuenta sunt & discors populorum sententia in vnum sensum concordiamque conuenit. E discors em̄ prouincijs religiosissimi sacerdotes Cæcedonam venerunt iuxta nostra præcepta quid obseruari in religione debeat perspicua definitione docuerunt. Cesserit igitur iam phana contentio. Nam verè impius atque illegus est, qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ aliquid tractandum relinquit. Extremæ quippè dementiæ est, in medio perspicuo die commenticium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid vltèrius discutit, mendacium querit. Nemo itaq; vel clericus, vel militaris, vel cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publicè turbis adunatis & audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus perfidiæ occasionem requirens.

Reliquum istius legis Lector reperiet supra primo, cap. 1. Vbi tractatur de religione Cath. in genere.

Impium esse qui sanctorū patrum sententiæ resistit.

L. nomo. C. de sum. trin. & fid. cath.

IVSTINVS IMP. HORMISDAE

Summo Pont. Romano.

SCias nobis Pater religiosissime, quod diu
 summis studijs quærebatur, patefactum, &
 antequam aduenerint, qui à nobis destinati
 sunt, quod Ioannes vir beatissimus antistes
 nostræ Romæ noster, vnà cum clero vobis con-
 sentiunt, nullis variantes ambiguitatibus nul-
 lis diuisi discordiis. Scias libellum ab eo sub-
 scriptum, quem offerendum indicaueras, san-
 ctissimorum Patrum Concilio congruentem,
 quo omnes concurrunt alacri opere ad susci-
 pienda vota tam nostræ quam Constantino-
 politanæ sedis, quos veritatis coruscus fulgor
 illuminat. Omnes accelerat libentissimè, quos
 oblectat via dilucida, vt sequantur scita patrū
 sanctissima, leges probatissimas, & Consilijs
 quorundam firmatis, qui rectum tenebant tra-
 nittem, aliorum correctis, qui vagabantur in-
 certi. In eo res colligitur, vt vnitatem indiui-
 dux Trinitatis, ipsi quoque in vnitatem colant
 mentium. Negatum est, inter diuina mysteria
 memoriam in posterum fieri libelli (quem di-
 ximus) Acacij præuaricatoris, quondam regis
 huius vrbis Episcopi, nec non & aliorum sa-
 cerdotum, qui vel primi contra constituta ve-
 nerunt Apoitolica, vel successores erroris facti
 sunt, & nulla vsq; ad vltimum diem sunt po-
 tentia correcti. Et quoniam omnes nostræ reli-
 gionis admonendi sunt, vt exemplum imiten-
 tur ciuitatis regis, destinanda vbiq; principa-
 lia

N

lia

lia præcepta ediximus. Tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus studio pacis. Catholicæ fidei pro remuneranda celeritate nostræ reip. pro conciliando subiectis imperio superno præsidio. Quid enim gratius reperiri potest? Quid iustius? qd illustrius? quàm quod idem Regnum continet, idem que fidei cultus irradiat, eos non diuersa contendere, sed co-
 lectis in eisdem sensibus instituta venerari, non humana mente illata, sed in diuine protulisti spiritus? Oret igitur vestræ religionis laudat, ut quod peruigili studio pro concordi Ecclesiarum Catholicæ fidei procuratur, diuini muneris opitulatio iugi perpetuitate sentiat. Dat. 10. Kal. Maij Constantinopol.

IDEM IVSTINVS IMP. AD
 eundem Hormisd. Pont.

Quo fuimus semper & quo sumus studio pro conciliandis sententijs Catholicæ fidei colentium, ut eodem animo cuncti uenerentur lumen indiuiduum Trinitatis, palam fecisse dignoscimur, nunc legatum ad uestram beatitudinem, ultra ob hoc ipsum dirigemus. Gratum virum spectabilem, Magistrum Serenij, quo remedium tandem reperitur discordijs, variè certantium, nunc prono libertatis suscipientes affectu viros religiosissimos, qui interuentores unitatis uestra Sedes Apostolica credidit destinandos. Profectò enim tantam quam ipsam pacem & iocundis eos oculis aspeximus, & extensis manibus duximus complectamur.

plectendos, quin etiam omni intentione ordinauimus, vt venerabilis Ecclesia Constantinopolitana, nec non complures alix vota suscipiant vestra, non solum in ceteris, sed in auferendis etiam nominibus ex sacris dyptichis, quæ remouenda maxime postulastis. Verum nonnulla fuerunt vrbes & Ecclesie tam Ponti quam Asiae, ac præcipue Orientales, quarum clerici vel populi omnibus pertentati minis atq; persuasionibus, tamen nequaquam flexi sunt, vt tollant Antistitum & repellant nomina, quorum apud eos opinio floruit: sed morte vitam duriolem æstimant, si mortuos condemnauerint, quorum gloriabantur vita superstitum. Quid igitur faciamus huiusmodi pertinaciae, quæ nec dicto audiens existit, & tormenta in tantum despicit, vt amplum sibi ac festiuum iudicet si corpore prius, quam religioso desistat consilio? Nobis quidem videtur opus esse mollius agendi & clementius, quæ si non in tua sanctitudine, iam nec in alio poterunt inueniri. Nam neq; sanguinis & suppliciorum cupidi (quod dictu etiam graue est) libellum suscepimus, neq; vt paruo discrimine remaneant imperfecta concordia desideria, sed ad prorogandam, quo possumus ordine coniunctionem membrorum Ecclesie. Vtrum itaque præstantius erit, minorum gratia in totum nobis esse acceptas tantas multitudines, an concessis exiguis & remissis maiora & omniratione quaerenda corrigi, vt quæ non licuit

cuit per omnia, saltem ex necessarijs partibus
 alligentur? Veniam itaque nominum postu-
 lamus, non Acacij, non vtriusque Petri, non
 Dioscori vel Timothei, quorum vocabula a
 nos datę sanctitatis tuę Epistola continēbam
 sed quos in alijs celebrauit ciuitatibus Episco-
 palis reuerentia, & hoc exceptis vrbibus, ve-
 uestre beatitudinis libellus iam in plenum ac-
 missus est, nisi hanc quoque partem vestra be-
 neuolentia statuerit mitius corrigendam. Ve-
 rùm nec iudicio caret res sedis Apostolica,
 non magis venia dicenda sit, quàm delibera-
 iam ac perspecta definitio. Anastasius siquidem
 religiosissimę memorię, vestre culmine
 Ecclesię palam aperteque constituit, cum
 idem scriberet negocium decessori nostro. Et
 tis esse pacem affectantibus si nomen tantum
 retineatur Acacij. Ergo priora vestre Sedis
 constituta sequitur, qui non omnes memoriam
 mortuorum iudicat contemendas, vt in-
 gnum habeatur, & incongruum, si non placidior
 omnibus non solum defunctis, sed etiam
 superstitibus vestra divulgerur in omni
 terrarum lenitas. Et hoc quidem non dubi-
 uerimus ita gratiosum vobis futurum, vt pi-
 cifico statim responso latior mundus redderetur.
 Retineat autem vestra sanctitas, quod dum
 scripsimus ex Oriente supplicationes nobis
 esse destinatas, voluntatem ipsorum continentes
 & arbitrium in quo sese duraturus ostendunt
 firmiter & à quo nulla ratione desistendum

scendum æstimant. Hanc itaq; chartulam secundum nostra promissa, per Ioannem virum reuerendissimum Episcopum derigendam vobis in presenti merito credidimus, vt à vestra etiã sede tenor eius admissus, ad colligendas proficiat & adiuuandas vbiq; venerabiles Ecclesias, & Hierosolymitanam præcipuè, cui tantum omnes fauorem impendunt, quasi matris Christiani nominis, vt nemo audeat ab ea sese discernere. Consensum itaque proprium tuam sanctitudinem epistolari quoq; pagina conuenit declarare, vt cognito omnibus atq; patefacto tenore eiusdem chartulæ à vobis etiã laudari & tenaciter custodiri, latior mundus existat. Dat. 5. Id. Septembr. Chalcedone Rustico Cos.

IUSTINI IMPERATORIS A. EDI-

ctum ad Ecclesias Orientales.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI DEI NOSTRI. Imperator Cesar Flavius Iustinus, fidelis in Christo, clemens, maximus, beneficus, Almanicus, Gothicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Herulicus, Gepidicus, Pius, scelix, gloriosus, victor, triumphator, semper colendus Augustus. Pacem meam do vobis, inquit Dominus Christus, verus Deus noster: Pacem meam relinquo vobis: idem promulgat hominibus omnibus. Id verò aliud nõ est, quàm vt in eum credentes, in vnã & eandem Ecclesiam conueniant, consentientes quidem animis in recta

Iustinus editum hoc de repente compositum, ad Christianos ditionis suæ omnes misit, vt nihil in Ecclesijs nouarent: sed antiquis Patrum decretis insistentes, rectè diuinum numen colerent atq; adoraret. Nicephor. lib. 17. cap. 35.

N 3 Chri.

Christianorum sententia, auersantes autē eos, qui contraria dicunt aut opinantur. Primaria namq; salus hominib⁹ omnibus cōstituta est, ipsa recte fidei confessio. Quapropter & NOS EVANGELICA, ET SANCTORVM PATRVM, SACRVM SYMBOLVM SIVE DOCTRINAM CONSECTANTES, ad vnam eandemq; Ecclesiam, & sententiam simul accedant, omnes cohortamur, credentes in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem *ὁμοῶσιον* consubstantialem, Deitatem siuē naturā & substantiā verbo & re ipsa vnam. Vnam etiā virtutem & potestātē, & *εὐεργεσιαν* hoc est efficaciam in tribus subsistentijs seu personis profitentes (in quas baptizati sumus, in quas credimus, & quibus professione addidimus. Vnitatem siquidem in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem adoramus, distinctionem simul & vnionem, præter opinionem omnem habentem. Vnitatem quidem secundum substantiam siuē Deitatem (Trinitatem verò secundum proprietates siuē subsistētiās, seu personas. Distinguitur namque indistinctē, vti dicamus, & coniungitur distinctē: siquidem vnum est in tribus, ipsa Deitas. Et tria in quibus Deitas est, seu quod certius dicitur, quæ Deitas sunt, vnum) Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, cum personarum quæq; per se ipsam spectatur, mentis ipsius sensu, quæ in segregabilia sunt, segregante: Deum tria hæc simul mentis acumine intellecta, pro-

pter eundē morum & naturam eandē. Quandoquidem peropus est, & vnum Deum profiteri, & tres subsistentias siue proprietates predicare. Confitemur verò ipsum vnigenitum filium Dei, Deum verbum, ante secula quidem & absq; tempore ex Patre genitum, non factum. In extremis autem diebus propter nos & propter nostram salutem, descendisse de caelis: & incarnatum ex Spiritu sancto, & Domina nostra sancta gloriosa Dei genitrice, & semper virgine Maria, & ex ipsa natum esse: Qui est Patri & Spiritui sancto æqualis. Non enim quarta & incarnata vnus ex sancta Trinitate Dei verbi personæ accessionem suscepit Trinitas sancta, sed est vnus & idem Dominus noster Iesus Christus consubstantialis Patri & Deo iuxta Diuinitatem, & idem consubstantialis nobis secundum humanitatem, passioni obnoxius carne, & passionis idē expers in Diuinitate. Namq; nō alium Deum verbum, quod miracula edidit, & aliud quod passum est, nouimus: verū vnum & eundem confitemur Dominum nostrum Iesum Christum Dei verbum incarnatum, & perfectē hominem factum, nec non vnus & eiusdem miracula simul & passiones quas voluntariē carne sustinuit, propter nostram salutem. Non enim homo aliquis seipsum pro nobis tradidit: sed ipse Deus verbum immutabili modo homo factus, spontaneam simul passionem & mortem pro nobis carne subiit. Atque

dum ipsum esse confitemur, non inficiamus
 eum etiam hominem esse. Et hominem ipsum
 confitentes, Deum ipsum quoque esse non
 negamus. Proinde vnum & eundem ex utra-
 que diuinitatis scilicet & humanitatis natura
 compositum profitentes Dominum nostrum
 Iesum Christum, vnione confusionem non
 inducimus. Non enim quod secundum nos
 homo factus est, propterea Deus esse desinet.
 Neque sane quod Deus natura est, & in eius
 similitudo nostra natura non cadit, propterea
 homo esse negabitur. Verum quoniam admodum
 in humanitate Deus, ita nihilominus in
 sublimitate Deitatis homo permanet: vtrumque
 verò in eodem est, & vnus Deus simul &
 homo, ipse Emmanuel. Porro eundem confite-
 rentes in diuinitate perfectum atque etiam
 in humanitate perfectum, ex quibus etiam
 compositus est, diuisionem aut sectionem in
 partes, vna eius composita substantia, non
 inducimus. Differentiam verò naturarum,
 quam vnio non tollit, indicamus. Nam neque
 natura diuina in humanam est versa, neque
 humana natura in diuinam mutata. Intel-
 gentia autem acie vtramque considerante, &
 potius vtraque in propria natura sine & ratio-
 ne existente, factam quidem vnionem dicimus,
 secundum substantiam: ipsa verò secundum
 substantiam vnio ostendit Dei verbum
 hoc est, ex tribus Deitatis substantiis sub-
 stantiam vnā, non præexistenti homini vn-

tam
 dia &
 nis M
 subfi
 stia
 via
 & in
 sisten
 nus a
 flus,
 ficat
 conf
 incar
 nima
 turar
 diuini
 natu
 fiten
 nam
 min
 vel s
 eos e
 Eccle
 ctis I
 dice
 Cad
 uen
 enin
 peri
 con
 verb

tam esse, sed eam in utero Dominae nostrae sanctae & gloriosae Dei genitricis, semperque virginis Mariae, sibi ipsi ex ea condidisse in propria substantia carnem nobis *ἁποστολικῶν* consubstantialem, & eisdem perpeisonibus per omnia obnoxiam, absque peccato, anima rationali & intellectuali animatam. In ipsa namque substantiam habuit, & homo factus est. Et est vnus atque idem Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto conglorificatur. Caeterum ineffabilem eius vnionem considerantes, recte naturam vniam Dei verbi incarnatam carne, quae anima rationali est animata, profitemur. Rursum differentiam naturarum cōtemplantes, eas duas esse dicimus, diuisionem nullam inducentes. Vtraque enim natura in eo est. Vnde vnum & eundem profitemur Christum: vnum filium, vniam personam, vniam substantiam, Deum simul & hominem. Omnes verò qui aliter vel senserunt, vel sentiunt, anathemati subiicimus, alienos eos esse à sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia iudicantes. Itaque cum recta & à sanctis Patribus nobis prodita dogmata sic praedicentur, vniuersos vos in vniam & eandem Catholicam & Apostolicam Ecclesiam conueniatis, hortamur, seu potius rogamus. Non enim graue nobis est, quamuis in fastigio Imperij collocati sumus, Christianorum omnium consensionis atque vnionis gratia, eiusmodi verbis uti, vt vna ab omnibus laus & glorificatio

ratio tribuatur Deo magno, & seruatori
 stro Iesu Christo. De cetero autem, ne
 causam aut occasionem ullam de perform
 aut syllabis (siue fidei formulis) per intell
 disidia cōtendendi capret. Quoniam ad
 & eandem rectam fidem, & sententiam syl
 ba (seu formulā) producant consuetudin
 status eius, qui huc vsq; in sancta Dei Cath
 lica & Apostolica Ecclesia obtinuit, & per
 mnia citra inuolutionē aliquam firmus
 bilisq; deinceps in tempus omne perman
 Edictum hoc omnes vbiq; Episcopi & fac
 dotes Catholici comprobauerunt, recte prom
 gatum esse dicentes. Qui verò ab Ecclesia se
 gregauerāt, in schismate & dissidio perfis
 tes, haud quaquam cum ea vniri voluerunt
 non aliam quidem ob causam quam quod
 finem scripti disertis verbis appositum
 etiam temporibus futuris professionem
 talem absque rebus nouis stabilem conser
 tum iri.

IMP. CAES. ZENO, PIVS, VICTOR
 triumphator, max. semper colend. Aug. Alexandrinus
 & qui per Aegyptum & Libyam & Pentapolim
 sunt, religiosissimis Episcopis & clericis,
 & Monachis, & Laicis.

Zenonis he
 notica consti
 tutio ad Ale
 xandrinos.

Cum imperij nostri initium & conseruati
 nem, tum autem opes atq; armaturam
 expugnabilem persuasum habeamus esse,
 lam rectam & veram fidem, quam diuina
 spiratione Niceæ trecenti decem & octo san

Et Patres cōgregati promulgauerunt, & Cō-
 stantinopoli centum & quinquaginta itidem
 sancti Patres coacti confirmauerunt, diu no-
 tuque precationibus, studiis, legibusque no-
 stris omnibus hoc agimus, vt per eam vbique
 locorum sancta Dei Catholica & Apostolica
 ecclesia incrementa capiat, quæ incorruptibi-
 lis est, & immortalis sceptrorum nostrorum
 mater, & pij populi nostri in pace & religio-
 nis diuinæ concordia persistentes, acceptabi-
 les pro imperio nostro preces, vnà cum Dei a-
 mantissimis Episcopis & piissimis clericis &
 archimandritis & Monachis fundant. Cùm
 enim magnus Deus & saluator noster Chri-
 stus Iesus, qui ex sancta virgine & Dei genitri-
 ce Maria incarnatus & natus est, glorificatio-
 nem & sacrum cultum nostrum consentien-
 tem laudauerit, benigneque susceperit, tùm
 gentes hostiles conterentur atque extinguen-
 tur, & omnes colla sua imperio, secundùm
 Deum, nostro summittent: pax etiam, & quæ
 ex pace proueniunt bona, cœli salubritas, fru-
 gum vbertas, aliaq; quæ hominibus commo-
 da sunt, liberaliter suppeditabunt. Itaq; cùm
 fides irreprehensibilis & vos & imperiũ Ro-
 manum sic conseruet, preces nobis à piis ar-
 chimandritis & eremitis, aliisque venerandis
 viris oblatae sunt, qui cū lachrymis nobis sup-
 plicauerunt, vt vnionem in sanctissimis Eccle-
 siis fieri, & membra membris coniungi, quæ
 honestatis pietatisque inimicus ab annis plu-
 rimis

Imperium cō-
 seruari per
 cath. fidem.

Commodita-
 tes consenti-
 tis & concor-
 dantis Chri-
 stianæ fidei.

Diabolus Ecclesie infidias tendit per sectas & dissidia intestina, quo magis ipse vincat.

Solum Nicenum symbolum fidei obtinere debere.

Confirmati à synodo Constantinopolitano et Ephesino priore.

rimis segregare est conatus, curaremus. Quidem inimicus bene nouit, si integro & iuncto Ecclesie corpori bellum inferat, videtur se iri. Qui etiam effecit, vt infinite gentes generationes, quas tot annorum temporibus hac vita subduxerunt, partim absque lam regeneratione obierint, partim sine diuina communionis perceptione ad inuitabilem illam omnium migrationem transierint. Cades innumerabiles patratae sint: ita vniuersa vna non solum terra, verum etiam ipse contaminatus sit & infectus, quae omnia quis est qui non in melius mutari exoptat. Quapropter scire vos volumus, neque nos, qui vbi que locorum sunt Ecclesias alio symbolum, aut doctrinam, aut formulam fidei fidem etiam, praeterquam quod, sicuti dictum est, à trecentis decem & octo sanctis patribus editum, & à ceteris, & quinquaginta, quorum mentionem etiam fecimus, sanctis patribus comprobatum est sanctum symbolum, vel habuisse, vel habere, vel habituros esse, neque quos, qui habeant scire: atque si quis etiam habeat, alienum illum putare. Nam id solum symbolum, quemadmodum diximus, Imperium nostrum conseruare confidimus. Et populi vniuersi, qui salutarem consequuntur illuminationem, hoc solo recepto, baptizantur. Hoc etiam secuti sunt sancti Patres Ephesini congregati, qui impium Nestorium vna cum Eutychete, quod diuersa ab eis, quae dicta sunt sentiant.

sentiant, anathemate ferimus: duodecim etiã
capita à sanctæ memoriæ Cyrillo sanctæ
Catholicæ Alexandrinorum Ecclesiæ Archie-
piscopo promulgata recipientes. Profitemur
autem vnigenitum filium Dei & Deum (qui
verè homo factus est, Dominum nostrum Ie-
sum Christum, qui consubstantialis est Patri
secundùm diuinitatem, & idem consubstan-
tialis nobis iuxta humanitatem, qui descen-
dit, & incarnatus est ex Spiritu sancto, & Ma-
ria virgine & Dei genitrice) vnum esse & non
duos. Vnius enim esse dicimus & miracula
& perfections, quas sponte sua carne pertu-
lit. Eos verò, qui eum diuidunt, haud quaquã
approbamus. Et pura labis que peccati omnis
expers, veraq; ex Dei genitrice incarnatio ac-
cessione filij nõ attulit, & Trinitas, vno Tri-
nitatis eius Deo verbo incarnato Trinitas per-
manet. Cum igitur sciamus neq; sanctas, quæ
vbique sunt, & orthodoxas Dei Ecclesias, neq;
qui eis præsunt Dei amantiſsimos sacerdotes,
neq; imperialem nostram sublimitatem sym-
bolum aliud, aut fidei decretum, præter eam
quam diximus sanctam doctrinam & formu-
lam, vel antea tulisse, vel nunc ferre, coniunxi-
mus nos per vnionem inter nos ipsos, nihil ad-
dubitantes, nihilque cunctantes. Atque hæc
scripsimus, non vt noui quicquam de fide af-
ferremus, sed vt vos per certam perfectamque
doctrinam confirmaremus. Quemlibet verò,
qui aliud quicquam sensit, aut sentit, aut nunc,
aut

Cyrilli duo-
decim capita.

Vnio Eccle-
fiarū per con-
cordem Nice-
næ fidei pro-
fessionem.

aut quādo cūq; vel Chalcedone, vel in quacūque synodo alia, anathemati subiiciuntur præcipuè verò quos diximus, Nestorium Eutichetem, & qui cum eis idem sentiunt. Iungite ergo vos per vñionem spiritali matri Ecclesiæ, & diuina eius in ea cōmunionem. Minime per id quod dictum est vnam & seorsum confessionem decem & octo sanctorū Patrum professionis fidei decretum. Ipsa enim sanctissima mater vestra Ecclesia, vos vt Germanos & filios, circumfusis vlnis amplectitur, desiderat, et suauem vestram vocem aliquando tandem audire cupit. Itaq; vos ipsos in caritate atque vrgeret. Quod si feceritis, tūc vobis & seruatoris & Dei nostri Iesu Christi benignitatem vobis ipsis conciliabitis, tūc vobis imperiali nostra amplitudine laudē eximiam conferetis.

CAROLVS GRATIA DEI REX FRANCORUM & Longobardorum & Patricius Romanorum, & defensor sanctæ Dei Ecclesiæ, Elipando Tolosanensis metropolitano, & ceteris in partibus Hispaniæ confacerdotibus orthodoxæ fidei, & fraternæ charitatis, in Christo Dei filio proprio & vero, optatus salutem.

Gaudet pietas Christiana, diuinæ scilicet atque fraternæ perlata terrarum spatia duplices charitatis alas extendere, vt maternum vobis affectu, quos sacro genuerat baptismate. Et maxima est sanctæ matris Ecclesiæ exultatio, suorum adunatio filiorum, vt sint cōfirmati in vnum, qui redempti sunt ab vno, &

cente eodem redemptore Domino nostro Iesu Christo : Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt omnes vnum sint, sicut & nos vnum sumus. Vndè & in cantico canticorum de sancta dicitur Ecclesia : Terribilis vt castrorum acies ordinata. Constipata exercitus ordinatio, & vnanimis bellatorum fortitudo, magno solet hostibus esse terrori: sic filiorum sanctæ matris Ecclesiæ intra murum Catholica fidei pacifica adunatio, aëreis portatibus nimium constat terribilis, & ignitis malignæ perfidia spiculis omninò impetrabilis extat, sicut et verissimus gentium prædicator, & fortissimus Ecclesiæ præliator præcipit, dicens: In omnibus adsumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita extinguere, & hoc seculum nequam libero ad cœlestia volatu euadere. Sine fide enim impossibile est placere Deo. Impossibile est quòd omninò ab homine fieri non potest. Principium est salutis nostræ fides, qua intemerata & integra sanitate confirmata, totius vitæ cursus per bonorum vestigia operum feliciter sine tenus currit. Per fidem enim, sicut idem præfatus doctor in Epistola ad Hebræos testatur, omnes sancti placuerunt Deo. Hanc igitur fidem orthodoxam & ab Apostolicis traditâ doctoribus, & ab vniuersali seruatum Ecclesia, nos pro virium nostrarum portione vbique in omnibus seruare & prædicare profiteamur, quia non est in alia aliqua

Ioan. 17.

Cant. 8.

Catholicorū
cōcordia, ter-
ror est heretico-
rum.

Ephes. 7.

Hebr. 11.

Fides cum o-
peribus est sa-
lutis nostræ
principium et
finis.

qua salus, nisi in illa, quam pacifica ab im-
 salutis nostrae vnanimitate semper seru-
 Ecclesia: Pro qua etiam veri fratres & veri
 bona deuotio, quam vos habere decet in
 mino, his partibus fidei vestrae literas dirig-
 curastis, vtrunq; & generales ad sacerdot-
 sanctissimas aures, ad nos quoq; speciales
 quarum vtiq; serie literarum non satis no-
 elucebat, an quasi ex autoritate magis
 nos vestra docere disposuistis, an ex humi-
 tatis discipulatu nostra discere desideratis.
 men siue hoc, siue illud vestris inesser animi
 petitionem vestram charitate Christiana
 ligionis cogente, non spernendam esse cen-
 mus, valde desiderantes, Deumque ex int-
 cordis affectu deprecantes, quatenus in
 fidei soliditate firmiter vtrinque perman-
 mus, et inter fluctuagos huius seculi & fluxu
 ritu sancto nauigium vestri cursus regent-
 portum perpetuae tranquillitatis peruenire
 reamur. Ad hanc autem tranquillitatem
 piendam oculus cordis fide purificandus
 & assiduis sanctarum orationum precib-
 mentis acies illultranda, vt pura veritatis
 men omni errorum nube expulsa contemp-
 ri valeat, ne in opiniones noxiae falsitatis
 meritas inordinata incautius gradientes pro-
 cipitet. Nec pigeat Christianum, vbi haesit
 quærere, nec pudeat, vbi nesciat discere: Quo-
 niam pia humilitas discendi, sapientia in-
 secreta, & melius est discipulum esse veritatis
 quam

quam doctorem existere falsitatis: ille ad al-
 tiora semper puehitur, iste ad inferiora semper
 dilabitur: et inde magister efficitur erroris, unde
 auditor contemphit esse veritatis. Hanc igitur
 fratres perniciosam deuitantes elationem,
 SANCTORVM PATRV, ET CATHO-
 LICORVM DOCTORVM SACRIS
 INHAERE AMVS SENSIBVS. Discamus
 que scripserunt. Credamus quæ docuerunt, &
 non declinemus neq; ad dextram, neq; ad si-
 nistram; sed per viam regiam ad regem & re-
 demptorem Deum & Dominum nostrum Ie-
 sum Christum concordī fidei & veritatis cur-
 ramus professione. Corde em̄ creditur ad iu-
 stitiam, ore autem confessio fit ad salutem, eo-
 dem attestante Apostolo. Iustus autem ex fi-
 de viuit, si iustus ex fide viuit: quomodo qui
 fidem non habet rectam se viuere æstimat?
 Nos nempe nō sumus infidelitatis filij in per-
 ditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.
 Sequamur sanctorum Patrum venerabilia in
 charitate præcepta. Decet enim, vt omnium
 Christianorum vna sit fides, & vnus animus;
 sicut est vitum ouile & vnus pastor. Qui verò
 extra Ecclesiastici ouilis septa intuenientur,
 lupina rabie deuorabuntur, quia vocem boni
 pastoris non audiunt, qui ante suas oues in-
 gredietur & egredietur, vt eos ad pascua vite
 perducat æternæ. Nobis itaq; dictum intelli-
 gamus, quod egregius prædicator suis charis-
 simis filiis præcipiebat, dicēs: Obsecro vos per
 O nomen

⁊ Melior est
 ⁊ discipulus
 ⁊ veritatis,
 ⁊ quam ma-
 ⁊ gister men-
 ⁊ dacij.

Rom. 10.

Rom. 7.

Abac. 2.

Hebr. 10.

Non viuerē
 qui fidem nō
 habere rectam.

Ioan. 10.

1. Cor. 1.

nomen Domini nostri Iesu Christi, ut vnus
dicatis omnes, & non sint in vobis schisma
sitis autem perfecti in vno sensu, & in eadem
scientia. Hac habentes Apostolicæ authorita
tis præcepta, concordate nobiscum. Diligimus
vos. Hoc vobis volumus in Domino, quod
nobis, quia perfecta, quam habemus in Chri
sto charitas congregare gaudet, non spargere
adunare, non scindere, et inconstitutam Salu
toris nostri tunicam integram seruare: non de
uidere, præuidentes hoc idem in pace Christi
custodire, quod milites in passione eius obse
uabant. His ita prælibatis, vestris in Domino

Ioan. 19.

valdè congaudemus profectibus, ita ut in cor
dibus nostris fraterno vulnerati amore, vestris
quam patimini inter gentes, lachrymabili
mitu condoleamus oppressionem: sed ma
iore multo tristitia lugemus, si aliquid diabo
lica fraude interius oppressionis per infideli
tatem, vel cuiuslibet schismatici erroris patimini

Rom. 9.

Psal. 146.

in cordibus. Iste est continuus dolor pe
ccatoribus nostris, & penè irremedicabile vul
nus, nisi per eius misericordiam, qui sanat con
tritos corde, et vult omnes homines saluos fieri,
ad agnitionemq; veritatis peruenire, illi non
letificent, qui cōtristauerunt. Vestra igitur con
rectio nostra est letificatio. Desiderantes vos
socios habere in fide Catholica, & cooperato
res in prædicatione veritatis, ut gaudium
quod Christus suis promisit discipulis, habe
ret in vobis, & gaudium nostrum impleatur
in vo-

in vobis. Ad impletionem verò huius gaudij, Ioan. 15.
 fraterna cogente charitate, iussimus sancto-
 rum Patrum synodale ex omnibus vndique
 nostræ ditionis Ecclesiis congregari conci-
 lium, quatenus sancta omnium vnanimitas
 firmiter decerneret quid credendum sit de ad-
 optione carnis Christi, quam nuper nouis as-
 sertionibus, & sanctæ Dei vniuersali Ecclesiæ
 antiquis temporibus inauditis, vos ex vestris
 scriptis intulisse cognouimus, imò & ad bea-
 tissimum Apostolicæ sedis Pontificem, de hac
 noua inuentione, nostræ deuotionis ter qua-
 terque direximus, Missos: scire cupientes, quid
 sancta Romana Ecclesia Apostolicis edocta
 traditionibus, de hac respondere voluisset in-
 quisiitione. Nec non & de Britannia partibus
 aliquos Ecclesiasticæ disciplinæ viros conuo-
 cauimus, vt ex multorum diligenti conside-
 ratione veritas Catholicæ fidei inuestigaretur,
 & probatissimis sanctorum Patrum hinc
 inde roborata testimoniis, absque vlla dubita-
 tione teneatur. Idcirco vobis per singulos li-
 bellos dirigere curauimus, quid prædictorum
 Patrum pia vnanimitas, & pacifica perseru-
 tatio, autoritate Ecclesiastica inueniret, sta-
 tuisset, confirmaret. Primò quid Dominus A-
 postolicus cum sancta Romana Ecclesia & E-
 piscopis illis in partibus quaque versum com-
 morantibus, & Catholicis doctoribus senti-
 ret, sub vnius libelli tenore statuimus. Dein-
 de secundo loco quòd Ecclesiastici doctores

O 2 & sacer-

& sacerdotes Ecclesiarum Christi de propin-
 quioribus Italia partibus, cum Petro Medo-
 lanensi Archiepiscopo, & Paulino Foroiulanensi
 vel Aquileianensi Patriarcha, viris in Do-
 mino valdè venerabilibus, intelligi, vel firmi-
 ter credi voluissent, suis propriis responsio-
 bus exaratum posuimus libellum, quia ip-
 quoque presentes nostro synodali conuen-
 adfuerunt. Post hæc tenet & tertius libellus
 orthodoxam sanctorum Patrum Episcopo-
 rum & virorum venerabilium fidem, qui in
 Germaniæ, Galliæ, Aquitaniæ & Britanniæ
 partibus dignis Deo deseruiunt officiis, vel
 que obiectionibus sanctarum scripturarum
 testimoniis roboratas obtinet responsiones. In
 in quarto loco meæ propriæ vnanimittatis
 his sanctissimis prædictorum patrum decer-
 tis, & Catholicis statutis consensum subse-
 xui, sicut vosmetipsi in vestra Epistola, quam
 meo specialiter assignastis nomini, rogatus
 curastis, id est, ne paucarum subdolis ad-
 tionibus consentirem, sed plurimorum testi-
 moniis roboratam fidem firmiter tenerem.
 Facio certissimè, Deo Domino meo IESU
 CHRISTO donante, horum me sanctissimæ
 multitudini, & probatissimæ authoritati,
 veræ fidei professione firmiter associans, in
 vestra me paucitati in consensione huius no-
 uæ adsertionis socium admitto: sed Apostoli-
 cæ sedi & antiquis ab initio nascentis Eccle-
 siæ & Catholicis traditionibus tota mentis
 inten-

intentione, tota cordis alacritate coniungo: quicquid in illorum legitur libris, qui diuino Spiritu afflati, toti orbi à Deo Christo dati sunt doctores, indubitanter teneo, hoc ad salutem animæ meæ sufficere credens, quod sacratissimæ Euangelicæ veritatis pandit historia, quod Apostolica in suis Epistolis confirmat autoritas, quod eximij sacre scripturæ tractatores, & præcipui Christianæ fidei doctores, ad perpetuam posteris scriptis reliquerunt memoriã. Cum his quoq; doctoribus & sanctæ Ecclesiæ pastoribus veram prædico fidem, quos in præfenti tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi. Hi sunt propugnatores fidei nostræ, hi sunt rectores per diuersas sedes ciuitatis Christi, cuius antemurale est fides Catholica & charitas firmissimus murus, & propugnacula diuinarum testimonia scripturarum: & diuitiæ salutis in ea sunt sapientia, & scientia, & spes portarum custodia: quæ quatuor clauibus, id est, prudentia, iustitia, fortitudine & temperantia, piis aperiuntur animis. Huius verò ciuitatis ipse Dei verus & proprius filius, Deus verus, homo verus, Iesus Christus Dominus noster regali præsidet potentia, cuius gratia totam illius ciuitatis structuram regit, defendit, & exaltat. Quisquis ad hanc ciuitatem recta sibi præuiante fide, manus bonorum operum habens plenissimas, peruenire festinat,

O 3 apertas

Caroli Magni
præclara sententia de autoritate traditionis Ecclesiasticæ.

Matth. 28.

Sancti Patres
propugnatores
Ecclesiæ.

Esa. 26.

Esa. 33.

Luc. 15.

apertas inueniet portas, & regem regum cum
 millibus sanctorum agminum obuiare
 gaudebit. Sed & gratias vobis agimus de
 constantia orationum vestrarum, quibus memo-
 riam nostri assidue vos habere dixistis: opta-
 tes vt preces vestrae acceptabiles sint Domino
 Deo saluatori nostro, & vt ipse per suam
 misericordiam dignos vos efficiat exaudiri,
 ad vnitatem sanctae suae Ecclesiae reuocare
 gnetur, & eiusdem pietatis humeris in sanctae
 matris Ecclesiae reportet ouile, qua de colibe
 veniens, ouem requirere perditam, inuentam
 que cum triumpho gloriae ad sedem patris
 maiestatis reuexit. Illud quoque quod vobis
 nostram pietatem flagitare placuit quatenus
 in praesentia nostra libelli vestri legeretur
 tus, & perscrutante plurimorum consilio, quod
 in eo rectae fidei sanctionibus consentiens
 veniretur, fecimus sicut petistis, collectis vnde
 que, veluti praefati sumus, Ecclesiasticis do-
 ctoribus & populi Christiani rectoribus, ne-
 bisque omnibus pacifico vnanimitatis choro
 confidentibus, eundem libellum a capite ca-
 cetenus per distinctiones vnus cuiusque sen-
 tentiae, & per interrogationes, vel responsio-
 nes, prout cuique libuit, perlegere iussimus.
 Quid vero de colibello praesules Ecclesiarum
 Christi fideique Catholicae doctores intelli-
 xissent, non opus est mihi in hac mea iterata
 Epistola, dum illorum libellus proprius hoc
 vobis euidenter ostendit, Scriptam itaque in
 Epistola

Epistola vestra huiusmodi obsecrationem inuenimus, poscentes vos per eum qui pro te in cruce manus innoxias extendit, & pro te sanguinem preciosum effudit, & pro te mortem pertulit, & sepulturam, ad liberandos electos, ad infernum descendit, & pro te surgens, tibi viam ad cœlos reuertendi, scilicet ad cœlestem patriam demonstrauit, vt per te ipsum arbiter sedeas. Ecce ego vestris petitionibus satisfaciens, congregationi sacerdotum auditor & arbiter adsedi. Discernimus, & Deo donante decreuimus quid esset de hac inquisitione firmiter tenendum. Sed modò per eandem obsecrationem vos iterum iterumq; obtestor, vt in pacifica vnanimitate & Catholica fidei professione nobiscum firmiter maneatis, nec vos doctiores aestimetis vniuersali sancta Dei Ecclesia. **EAM FIDEM TENETE, QUAM ORTHODOXI PATRES IN SVIS NOBIS SYMBOLIS SCRIPTAM RELIQUERVNT, & nolite plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Nec ratiocinando humano ingenio diuina vos mysteria inuestigare arbitremini: sed magis credendo honorare, quæ humana fragilitas temerè perscrutando inuenire non valet. Exemplum mihi Constantini Imperatoris proposuistis, cuius initium beatum Isidorum laudasse dicitis, & finem doluisse: quod ne mihi accidat, per quemdam Beatum, quem Antiphrasim cognominastis,**

Quæ fides
tenenda.

Rom. 12.

In fide simpliciter credendum, nõ curiosè susci-
tandum.

O 4 nastis,

nastis, benignè suaderis. Hoc etiam diuina
 ferante gratia præcauere satago: non ab illo
 tantummodò, sed etiam ab omnibus, qui ali
 quid, rectæ fidei contrarium docere videntur,
 assidua quæ deuotione Dominum deposco,
 quoscunq; ex filiis sanctæ matris Ecclesiæ vo
 leo, mihi in hac petitione adiutores conuo
 co, ne me alicuius verbosa adulatione, vel fra
 dulenta laudatio decipiens, à via veritatis
 uertat, sapius cum Propheta decantans: *Cer
 ripiet me iustus in misericordia, & incre
 pabit me: oleum autem peccatoris non impu
 guet caput meum. Vos verò vobismetipsis
 uere, quòd nos fraterno admonuistis amore
 procurantes diligentissimè, omnipotentis
 Dei vobis assiduis precibus clementissimè
 conuocate gratiam, ne callida antiqui hostis
 versutia sensus vestros in aliqua parte cor
 rumpat, & peius fiat interius diaboli serui
 tium quàm exterius gentis inimica, eum
 expectate redemptorem, quem salutis vestre
 habuistis autorem. Illum glorificate in corde
 & portate in corpore, & dignam in vobis
 preparate habitationem in fide quæ per dilectio
 nem operatur: quatenus vos illius gloriæ
 potentia et ineffabilis misericordia ab vtriusque
 seruitutis molestia, exteriori scilicet et interio
 re liberet, & custodiat, & in magno die ante
 conspectum gloriæ suæ cū multiplicibus labo
 ris vestri diuitiis gloriosos stare concedat, &
 vocem optabilem cum operatoribus Apostoli
 cæ fidei*

Psal. 147.

Galat. 5.

ca fidei audire faciat. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Paratum igitur vobis regnum ab origine mundi, indubitata veritatis promissione speratis, si Catholica fidei vna-
 nimitati vosmetipfos adiungere curetis. Exterioris seruitutis molestias interna fidelitatis spe consolamini. Oculos mentis vestrae ad eum erigite, qui vos eripuit de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis suae. Hacenus antequam huius adoptionis in Christo nomen a vobis exortum, nostros non offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus. Etsi nos vestrum corporale seruitium commiseret, rectitudo tamen fidei Catholicae latificavit in vobis. Nunc vero duplici pro vobis affligimur mœrore, diabolica fraude deceptis in corde, & inimica seruitute oppressis in corpore. Sed redite, obsecro, ad unitatem sanctae matris Ecclesiae, ut vos eruat de angustia seruitutis terrena, qui vos per baptismi gratiam a vinculo liberavit originalis peccati. Expoliatis veterem hominem. Quomodo iterum fraude decepti maligna, induamini illo? Adoptionis filij Deo patri facti estis per eum, qui non est adoptivus, sed proprius: stete per fidei inviolabilem confessionem in libertate filiorum Dei, & nolite infidelitatis iugum subire. Expellite vincula diabolicae deceptionis de cordibus, quatenus Deus Christus qui soluit condempnatos, excutiat catenam gentis inimicae de manibus

Ex fide Catholica regnum Dei sperari.

Col. 1.

1. Cor. 6.

O 5

manibus

Math. 18.

manibus vestris. Habetis nos, diuina auxiliante gratia, cooperatores gaudij vestri, si vobiscum Catholica fidei vultis esse prædicatores. Certissimum itaque ibi erit diuinæ meditationis auxilium, vbi vna est totius Ecclesie charitas, & vna veræ fidei confessio. Ad multitudinem populi Christiani, & ad sacerdotibus Concilij vnanimitatē reuertimini. Si enim duorum vel trium sancto piòq; consensu iuxta eundem suam promissionem, Dominum præsentem, non dubitamus: quanto magis vbi tot sanctissimi Patres, tot venerabiles viros, tot filij piæ matris Ecclesie in nomine eius pacifica conueniunt vnanimitate, ad adeste medium, non est dubitandum, & illorum regere consilia, qui sui nominis laudem quaerere dinoscuntur? Ad confirmandam igitur corda vestra in fide & veritate, hanc nostram in vobis, fraterna instigante charitate, Episcopi scribere curauimus, optantes vt nostra, quam habemus, pro fide Catholica, proficiat meditatio, & vos diuina clementia ad fidem redirent Catholicam. Antè igitur quam huius scelerati scandali à vobis oriretur offensio, duplici charitate, sicut prædiximus, dileximus vos: est, in orationibus nostris per omnes regiones vestri Ecclesie habuimus socios, & vestri memoriam quotidie facientes: itidem quoque Deo auxiliante voluntatem habuimus vobis liberare à seruitio secularis necessitatis, secundum tempore opportunitatem, & vestri

filiij adhortationem. Nunc verò hac duplici
 charitate (quod sine dolore nō dicimus) trau-
 dastis vosmetipsos, non intelligentes vos frau-
 de diabolica esse deceptos, vt vtroque iuuami-
 ne vos denudaret, id est, participatione fidei &
 orationum nostrarum, vel solatio auxiliij no-
 stri. Videte, videte quàm grande malum ad-
 uersum vosmetipsos habetis factum, quòd ne-
 quaquam ausi sumus orare pro vobis, sicut pro
 fidelibus sancte Dei Ecclesie filiis; nec vos ad-
 iuuare quomodò fratres in vestris maximis
 necessitatibus. Quapropter reuertimini ad
 hanc duplicem consolationem, & abijcite à
 vobis hanc malignam diabolicæ fraudis ver-
 sutiã, vt possitis nobiscum consortium ha-
 bere in omni charitate & auxilio opportuno.
 Post hanc verò correptionem siuè admonitio-
 nem Apostolicæ authoritatis, & Synodalis
 vnanimittatis, si non respiscitis ab errore ve-
 stro: scitote omnino vos pro hæreticis haberi,
 nec vllam vobiscum communionem pro Deo
 audemus habere. Currite dùm lucem habetis,
 ne tenebræ vos anathematis apprehendant,
 vnde non potestis pedes vestros explicare, sed
 eterna damnatione irretitos esse lugebitis. Ad-
 huc enim pia mater Ecclesia reuocat vos ad
 gremium suæ misericordiæ, volens vos Deo
 nutrire in filios. Tantum nolite vos abstrahere
 ab eius pietate, qui vos vocauit in regnum filij
 dilectionis suæ.

Gal. 14
 Col. 14

Credimus

Symbolū Ca-
thol. fidei Ca-
roli Magni.

Credimus in vnum Deum patrem omni-
potentem, factorem cœli & terra, visibilium
omnium & inuisibiliū. Credimus & in vnum
Dominum nostrum Iesum Christum, filium
Dei vnigenitum, natum ex patre ante omnia
sæcula, & ante omnia tempora: lumen de lu-
mine, Deum verum de Deo vero, natum non
factum: Naturalem non adoptiuum, per quem
omnia cōdita sunt cœlestia & terrestria, vnus
essentiæ, & vnus substantiæ cum patre. Cre-
dumus & in Spiritum sanctum Deum verum
viuificantem omnium, à Patre & Filio pro-
cedentem, cum Patre & Filio coadorandum
& conglorificandum. Credimus eandem
etiam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum
sanctum, vnus esse substantiæ, vnus po-
tentia, & vnus essentiæ, tres personas, & tri-
gulam quamque in Trinitate personam, plu-
rum Deū, & totas tres personas vnum Deum
omnipotentem Patrem ingenitum, Filium ge-
nitum, Spiritum sanctum procedentem ex Pa-
tre & Filio: nec Patrem aliquandò cepisse, nec
ficut semper est Deus, ita semper & Pater est
quia semper habuit Filium. Æternus Pater, æ-
ternus Filius, æternus & Spiritus sanctus, ex Pa-
tre Filioque procedens, vnus Deus omni-
potens Pater & Filius & Spiritus sanctus. Vbiq;
presens, vbiq; totus, Deus æternus, ineffabilis,
incomprehensibilis. In qua sancta Trinitate
nulla est persona vel tempore posterior, vel
gradu inferior, vel potestate minor: sed per
omnia

omnia æqualis Patri & Filio Spiritus sanctus
diuinitate, voluntate, operatione & gloria.
Alius tantummodò in persona Pater, alius in
persona Filius, alius in persona Spiritus san-
ctus. Non aliud, sed vnum natura, potentia &
essentia Deus Pater, & Filius, & Spiritus san-
ctus. Credimus ex sancta Trinitate filij tan-
tummodò personam, pro salute humani ge-
neris de Spiritu sancto, & Maria virgine incar-
natam: vt qui erat in diuinitate Dei Patris Fi-
lius, esset & in humanitate hominis matris Fi-
lius: perfectus in diuinitate Deus, perfectus in
humanitate homo: Deus ante omnia secula,
homo in fine seculi. Verus in vtraq; substantia
Dei filius, non putatiuus, sed verus, non ado-
ptione, sed proprietate. Vna persona Deus &
homo, vnus mediator Dei & hominum, in
forma Dei æqualis Patri, in forma serui minor
Patre, in forma Dei creator, in forma serui re-
demptor. Vnus in vtroq; Dei filius proprius &
perfectus; ad implendam humanam salutis di-
spensationem, passus est vera carnis passione,
mortuus vera corporis sui mortè, surrexit ve-
ra carnis suæ resurrectione, & vera animæ re-
sumptione, & eodem corpore quo passus est
& resurrexit. Ascendit in cœlos, sedens in dex-
tera Dei Patris, & in eadè forma, qua ascen-
dit, venturus iudicare viuos ac mortuos. Cuius
regni non erit finis. Prædicamus vnã sanctã
Dei Ecclesiam toto orbe diffusam, locis sepa-
ratam, fide & charitate coniunctam, & veram
remissio-

remissionem peccatorum in eadem Ecclesia
siue per baptismum, siue per poenitentiam, di-
uina donante gratia & bona voluntate homi-
nis cooperante. Credimus & omnes homines
resurrecturos esse, & singulos secundum
opera iudicari: Impios eternis supplicijs dan-
andos cum diabolo & angelis eius, sanctos
verò æterna gloria coronandos cum Christo
& sanctis Angelis eius in sæcula sempiterna.

Hæc est Fides Catholica, & ideò nostram
optamus etiam & vestra, quia vna est fides,
vnum baptisma, & vnus Dominus noster
Iesus Christus, qui est Deus verus, & verus ho-
mo, verus Deus & verus Dei Filius, in vtraque
natura vnus idemque mediator Dei & homi-
num, homo Iesus Christus, qui est Deus beatus
dictus in sæcula. Hanc fidem, vos charissimi
fratres, firmiter tenere in commune deprecamur,
& si aliter, vnà in quolibet verbo sensibus
corrigite vosmetipsos, & ad vnitatem sanctæ
Dei Ecclesiæ pura fide festinate, & contentio-
nes hominum, nouitatesq; deuitate: Quia iuxta
Apostolum non est hæreticus, nisi ex con-
tentione. Vos igitur, quia pauci estis, vni-
putatis vos aliquid verius inuenire potuisse
quàm quod sancta & vniuersalis toto orbe
diffusa tenet Ecclesia? Sub tegmine alarum
lius requiescite, ne vos auida diaboli rapacitas,
si foris inueniat, nefando gutture deuoret.
Redite ad pium matris Ecclesiæ gremium. Illa
vos foueat & nutriat donec occurratis in vi-

Ephes. 4.

1. Tim. 2.
Rom. 9.Contentio &
pertinacia faciunt hæreticum.

1. Tim. 6.

Ephes. 4.

tum perfectum, & in plenitudinem corporis Christi. Habetote nos cooperatores salutis vestrae, Catholicae pacis auxiliares, & societas nostra sit in Christo Iesu Domino nostro, qui vos nobiscum in corruptos & immaculatos fide pariter & opere custodiat, & constituat ante conspectum gloriae incontaminatos, & irreprehensibiles, & perpetuae beatitudinis haeredes pariter perficiat in aeternum. Amen.

ORATIO TIBERII IMP. II. DECESSURUS, pro Mauritio in imperium subrogando, ad Antistitem sacrorum, & conuentum sacrarum dignitatum, satellitumq; suorum & corporis custodum, atq; omnes qui Imperiali honori accensentur.

Viri Romani, praclarissimum apud omnes gentes nomen, & propter amplitudinem gloriae omnibus omnium linguis celeberrimum: Magnae me nunc curae & sollicitudines circumstant, quarum altera, ut quae me relinquere oportet, ea recte constituam, adurgent, altera vero migratione ipsa, qua a vobis disjungar, exterrent. Ea namque rationem aeternae huius vitae vniuersitatis huius conditori reddere cogit. Et nunc usurpata mihi dudum libertas & securitas in timiditatem ingentem est conuersa. Quibus etenim prolixior est, faciendi quae velint potestas, eos peccata plura consequuntur. Sed enim, quam de imperio concepi curam, acrius me urget, ut videlicet non temere quiduis de republica decernam: sed qui eam recte administret, substituam. Quandoquidem
nec

Imperium re-
quirit sapien-
tem governa-
torem.

nec mihi Imperium ad voluptatem & delicias
corporis consecandas commissum fuit. Ne-
verò fortuna tantum animum meum angustavit,
verum etiam natura ipsa. Eodem enim & Imperium
& coniunx & liberi concurrunt. Neque
imperium sapientem gubernatorem requirit,
coniunx viduitatis curatorem æquissimum
liberi porro qui eos ducat & defendat, tum
propter ætatis imbecillitatem & naturam, tum
ximè muliebris, infirmitatem. Cæterum natura
sæpenumerò contemno necessitudinem
morbo ingruente: despicio etiam liberos,
coniugem nihili facio, mihi quæ iam moritur
deor, & sollicitudinis eiusmodi libertatem
sequor. Vix autem cogitationes tales depono,
cùm mihi imperij cura incessit. Non solent enim
certaminum omnium multo maximum
est, creditum sibi sceptrum pro eo atque patrem
conseruare: verùm etiam hereditatem imperij
rij, ita vt decet, ad eos quos oportet, translati
tere. Equidè æquum esse admodum arbitror
decessoribus principibus successores debere
se præstantiores, vt illorùm errata isti corrigant.
Quod nisi fiat, Imperij ipsius ditionem contem-
nem, propterea quòd imbecillibus fundamentis
nitatur, labi & corruiere necesse est. Talibus
curis cùm animus meus conficeretur, ea quæ
res omnes respicit, prouidentia, laboribus nostris
succurrit, consiliumquæ nostrum auspiciis
authoritate sua confirmauit: & eum qui post
me magnificè imperaturus est, declarauit.

Mauritium

Mauritium istum, virū rei Romanæ perquā
vilem & commodum, qui plura & magna
certamina pertulit, & quasi quendam arra-
bonem, vt ita dicam, futura suā de ciuibus
subditisq; curā & providentiā apud repub-
licam deposuit. Hunc ipsum hodie Imperato-
rem conspicietis. Tanta autem persuasione &
fiducia illum maximè omnium administra-
tioni adhibeo, haud quaquam mente claudi-
cans, aut errans, vt non modò Imperium ei,
verū etiam filiolam credam; pignore tanto
naturæ ipsius, bono vos animo esse iubens. Id
quod veluti consolationis viaticum, mecum
mihi laturus ad longam istam, vnde reuert
non liceat, migrationem videor. Vos ipsi au-
tem idonei & fide digni pulcherrimæ huius
ordinationis testes mihi estis, ex eo, quod eo-
rum qui Imperium nostrum dudum admini-
strarunt, & huius præcipuè viri periculum fe-
cistis, qui prudentissimè nos est consecutus.

Tu verò Mauriti, pulcherrimum mihi Epita-
phium Imperium tuum facere perge, & sepul-
chrum meum virtutibus tuis exorna: neque
spem eorum, qui tibi concrediti sunt, per de-
decus fallens, neq; virtutes ipse tuas obliuioni
tradens, & veluti pristinam animi tui gene-
rositatem fugiens. Proindè potestatis insolentiam
ratione fac frænes, & philosophiæ artibus
sapienter potentiæ scapham gubernes. Impe-
rium namque res quædam est sublimis & ex-
celsa, in altum qui ei insident sustollens, &

P

rectè

Tiberi^o Mau-
ritio vnā cum
filia reliquit
Imperium.

Pulcherrimū
decedentis
Principis Epi-
taphium, bo-
nus successor.

De artibus
rectè guber-
nandi impe-
rium optima
præcepta.

rectè cogitata excutiens. Minimè vetò opinio-
nem eam, quòd prudentia omnibus antea
concipe: quamvis fortuna, quæ tibi sublimi-
contigit, omnes superes. Porro ciuium & sub-
ditorum beneuolentiã potius quàm meru-
fac confecteris: & obiurgationem magis pe-
indè atq; magistrum quendam, quàm alle-
tationem complectare. Potestas namque
quædam est, quæ admoneri, doceriq; nolens
castigationem agrè ferat. Ante oculos tuos
sicens iustitia excubet, quæ vitæ nostræ a-
num remunerationem pro summa sua pos-
state constituit. Purpuram perindè atq; vilio-
pannum tibi iniectum esse, per philosophi-
studium existima. Coronam autem, qua capi-
tuum cinctum est, nihil à lapillis, qui circa ma-
rinum litus fluctibus aluuntur, differre p-
Ipse purpuræ flos, quòd subtristior est, exhor-
tari mihi principes videtur, vt moderatione
animi rebus secundis seruare assuecant, ne
nimium letentur, aut luctuosa ista monarchia
stola superbiant. Imperij siquidem sceptrum
non immoderatam potestatem, sed splendidi-
potius seruitutem exercere admonet. Ira im-
peret humanitas & misericordia, arrogantia
autem timor. Nam & apibus natura duces de-
dit, earumq; regem aculeo, quasi quada spon-
tanea & naturali potestate armanit, vt punge-
re etiam cum possit, qui legitime non parat
Sed apis minimè Tyrannicum, verum com-
muni vtilitati commodū & iustum aculeum
habet

Non constat
inter autho-
res rex nul-
lumnè solus
habeat acu-
leum, maie-
state tantum

habet. Itaque illius saltem erimus imitatores: siquidem ratio ipsa consilia meliora subijcere non valeat. Equidem ad te hac, veluti productor tuus & parens. Consilij autem nostri iudicem habebis potestate ab affectione omni & muneribus incorruptam, simul & virtutes ipsas remunerantem, & vitia coercentem.

armatus: an dederit eum quide natura, sed vsum illi tantum negauerit: Istud constat Imperatorē aculeo non vti. Flin. lib. 11. cap. 17.

DE ECCLESIA CATHOLICA NONNIHIL EIVS- que Templis & Oratorijs.

Ecclesiam esse matrem Imperij, suos in quiete conseruare, & qui ab ea separentur, hic demonstratur: cetera ex subiunctis capitulorum titulis cognoscuntur.

IUSTINIAN. IMP. IN PROOEM. AVTH. v. determinatus sit numerus clericorum.

Ecclesia Catholica est Romani imperij mater.

Pax Ecclesie, religionis vnitas, authorem facti in sublime prouectum, grata sibi tranquillitate custodit. l. inter clara. §. nam pax. C. de sum. trinit. & fid. cath.

IUSTINIAN. IMP. IN EDICTO AD POPULUM Constantinopolitanum, quod misit ad Ioan. Papam II. §. quod aucti & Dominus.

Christus eos qui non permanent in verbo veritatis ipsius, separatos esse ab Ecclesia dicit in Euangelio secundum Ioannem, Iudaeos alloquens. sic ait: Omnis qui facit peccatum, seruus peccati est; Seruus autem non manet in

Ioan. cap. 8. Hec eadem verba recentetiam glo.